1. *gujanensis*. Aubl. t. 48. *Rohria petioliflora* In sylvis Gujanae. Fol. alterna acuminata integerrima venoso-reticulata. ♄

84. RUMPHIA. *Cal.* 3-fidus. *Petala* 3. *Drupa* 3-locularis.

1. *amboinensis*. *R.* tiliaefolia Lam. ill. p. 96. t. 15. Rheed. mal. 4. p. 25. t. 11. In India. Arbor procera. Racemi axillares. ♄

85. CNEORUM. *Cal.* 3-4-dentatus. *Petala* 3-4, aequalia. *Stam.* 3-4. *Drupa* 3-4-cocca.

1. *tricoccon*, foliis glabris, florib. axillaribus. Lin. Lam. ill. p. 99. t. 27. Hab. in Gallia meridion., Hispan. et Barbar. Acris. Fol. lanceolata, semperviresc. ♄

2. *pulverulentum*, fol. cinereo-pulverulentis floriferis, petalis staminibusque 4. Ventenat Pl. du Jard. de Cels. p. 77. t. 77. Hab. in Teneriffa. Fl. aest. ♄

86. COMOCLADIA. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-partita. *Drupa* oblonga : nuce biloba.

1. *integrifolia*, fol. pinnatis, foliolis petiolat. ovatis acumin. integerrimis. Willd.

Sp. pl. p. 187. Jacq. amer. 12. Sloan. jam. 184. hist. 2. p. 131. t. 222. f. 1. In America calidiore. ♄

2. *dentata*, fol. pinnatis, foliol. petiolat. oblong. spinoso-dentat. basi cuneatis. Willd. l. c. p. 188. Jacq. amer. 13. t. 173. f. 4. In America meridionali. Arbor odore stercoris. ♄

3. *ilicifolia*, fol. pinnatis, foliol. sessilibus ovatis tridentatis basi subrotundis. Willd. l. c. p. 188. Swartz prod. et Flor. 75. Ilex Dodonaea. Lin. Sp. Plant. 2. p. 180. Plum. gen. 20. icon. p. 108. t. 118. f. 1. In insulis Caribaeis et Autiguae petros. calcareis. Arb. Flores racemosi ut in Rhoe.

4. *angulosa*, fol. pinnatis: foliol. sessilibus subrotundis spinoso-dentatis. Willd. Lam. encycl. t. 27. f. 2. In America. ♄

87. WILLICHIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

1. *repens*. Hab. in Mexico. Mutis. Planta obscura videtur. Folia orbiculata, subpeltata, hirsuta, subtus rubescentia. Flores parvi, rosei, calyce hirsuto. ⊙

88. ROTALA. *Cal.* tubulosus, 3-dentatus. *Cor.* o. *Caps.* 3-locularis, polysperma.

1. *verticillaris*, fol. verticillatis. Mant. 175. Hab. in India orientali. Fol. quaterna, rarius in ramis 5-8. Calyx capsulam obvestiens, membranaceus. ⊙

89. ORTEGIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Caps.* apice 3-valvis, 1-locularis, polysperma. *Stigm.* 1 et 3.

1. *hispanica*, caule ramoso, pedunculis multifloris. Willd. Sp. 1. p. 190. Cav. ic. 1. p. 35. t. 47. Desf. atl. 1. p. 31. In Hispania et Barbaria. ♃

2. *dichotoma*, caule dichotomo, pedunc. unifloris. Willd. l. c. Allion. stirp. ped. 176. t. 4. f. 1. In Italia. Statura Galii. Affinis Polycarpo. ♃

90. LOEFLINGIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, minima. *Caps.* supera, 1-locularis, 3-valvis, polysperma.

1. *hispanica*, foliis subulatis mucronatis basi setosis, floribus axillaribus sessilibus. Willd. Spec. pl. p. 191. Loefl. it. 113. t. 1. f. 2. Cavan. ic. 1. p. 64. t. 94. In Hispaniae collibus apricis, et prope Mascar in Barb. Desf. Facies Scleranthi, ramis diffusis. ⊙

2. *indica*, fol. oblongis, florib. axillaribus cymosis. Willd. l. c. Retz. obs. 4. p. 8. Pharnaceum depressum. Lin. Mant. alt. p. 564. Hab. in India orientali. Caul. numerosi prostrati simplices. Planta Mollugini similis.

91. POLYCNEMUM. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 5, calyciformia. *Sem.* 1, subnudum. (Stam. 1, 2, 3 et 5.)

1. *monandrum*, monandrum, fol. lineari. acutis caule erecto. Willd. Sp. pl. 192. Pall. itin. 1. app. n. 94. tab. G. f. 1. In Sibiria, locis uridis subsalsis. ♃

2. *sclerospermum*, diandrum, fol. teretibus carnosis, caule erecto ramoso. Willd. l. c. Pall. itin. 3. app. n. 84. t. M. fig. 2. E. c. In limosis salsis Sibiriae. ⊙

3. *arvense*, triandrum, fol. subulatis triquetris, caule diffuso. Willd. l. c. In Europae arvis. ⊙

4. *salsum*, triandrum fol. filiformibus carnosis vaginantibus, caule diffuso. Willd. l. c. *P. triandrum*. Pall. itin. 1. app. n. 95. tab. G. fig. 2. et H. fig. 1. Hab. in locis subsalsis Sibiriae.

5. *oppositifolium*, pentandrum, fol. oppositis carnosis semicylindricis, caule erecto. Willd. p. 193. Pal. itin. 1. app. 98. t. H. fig. 2. Hab. versus mare caspium. ⊙

92. HIPPOCRATEA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, apice foveata. *Caps.* 3, compressae, bivalves: valvis carinatis. *Sem.* hinc alata.

1. *scandens*, fol. ovato-lanceolatis serratis, racemis corymbosis, capsulis obcordatis. Lam. ill. gen. 1. p. 100. t. 28. f. 1. (*H. obcordata*.) Jacq. Am. t. 12. Hab. in Amer. australi. ♄

2. *ovata*, fol. ovalibus leviter dentatis, caps. ovatis. Lam. l. c. f. 2. *H. volubilis*. β. L. Willd. Sp. 1. p. 193. Plum. gen. 8. ic. 88. Cum priore. ♄

3. *comosa*, paniculis comosis, pedunc. multifidis capillaribus, fol. ovatis integris. Swartz Flor. Ind. occid. 1. p. 77. Plum. ic. 77. t. 88. f. a. b. *H. multiflora*. Lam. l. c. p. 101? Loefl. it. p. 314. In Hispaniolae interioris sylvis. Fl. Febr. Nuclei albi, subdulces. ♄

4. *verticillata*, flor. verticillatis. α. *senegalensis*, fol. ovatis leviter dentatis,

ramulis punctatis, flor. verticillatis. Lam. ill. p. 101. ♄

β *madagascariensis*, fol. ovatis acutis nitidis subintegerrimis, ramulis leprosis, flor. verticillatis. Lam. l. c.

5. *viridis*, scandens, corymbis dichotomis, fol. ovatis obtuse acuminatis. Flor. Per. 1. p. 44. t. 74. f. a. In Andium nemorib. ad Poguzo. ♄

6? *Anthodon*, flor. ciliato-dentatis. Anthodon *decussatum*, scandens, corymbis dichotomis, fol. oblongis laeviter serratis. Flor. Per. 1. p. 45. t. 74. f. b. Cum priore.

93. TONSELLA. *Cal.* 5-partitus, *Petala* 5. *Nect.* urceolatum. *Bacca* 1-locul., 4-sperma.

1. *scandens*, fol. integerrimis acuminatis. Willd. l. c. p. 194. Vahl. symb. 2. p. 17. Tontelea scandens. Aubl. guj. 1. p. 31. tab. 10. In Gujana et insula Trinitatis. ♄

94. FISSILIA. *Cal.* urceolatus, integer. *Cor.* tubulosa, petalis 3, conniventibus: binis bifidis. *Stam.* 8: 5 sterilia. *Nux* 1-sperma, glandiformis.

1. *Psittacorum.* Lam. ill. p. 102. t. 28. Willd. Sp. pl. 194. In insula Bourbon. Pedunculi axillares uni- bi- vel triflori.

† IRIDEAE (Gen. 95-112.) Cor. supera, tubulosa, 6-*partita*, rarius 6-petala, limbo aequali aut subringente. *Caps.* infera, 3-locularis, 3-valvis, polysperma, in affinibus supera. *Filam.* 3, in nonnullis connata. Flores spathacei. *Fol.* ut plurimum ensiformia. *Radix* fibrosa, tuberosa, plerumque bulbosa, *perennis.*

95. CROCUS. *Spatha* radicalis. *Cor.* infundibuliformis: tubo longissimo gracili. *Stigmata* profunde incisa, cristata (crocea).

1. *officinalis*, foliis linearibus margine revolutis, stigmate exserto: segmentis longissimis linearibus. Smith Flor. angl. 1. p. 39. Engl. bot. t. 343. *C. sativus.* Willd. Sp. 1. p. 194. Hab. in Oriente, nunc in hortis ob usum colitur.

2. *vernus*, fol. linearib. planis, stigm. incluso: segmentis incrassatis brevissimis. Smith. l. c. 40. Engl. bot. t. 344. Curt. bot. mag. t. 45. Hab. in Europaeis alpibus, in pratis anglicis rarius et in Atlante. (Desf.)

3. *nudiflorus*, aphyllus, stigmate incluso trifido, segmentis capillaceo-multifid. Smith loco citato. p. 41. *C. multifidus.* Ramond in Bulletin des Sciences, nº. 41. t. 8. f. 1. p. 129. Cresc. in Anglia, in Pyrenaeis et in Gallia circa Dax. autumno flores, folia vere Colchici ad instar profert.

96. GALAXIA. *Spatha* (subradicalis) 1-valvis. *Cor.* infundibuliformis: tubo longo. *Filam.* connata. *Stigmata* 3, lobata-fimbriata. (Plantulae subacaules; flor. plerumque lutei.)

1. *ovata*, fol. ovatis margine cartilagineis glabris. Th. diss. acad. 1. p. 49-50. Jacq. coll. p. 137. Ic. rar. 2. t. 291. Willd. Sp. 3. p. 583. Ixia. Lin. Suppl. p. 93. In Cap. bon. spei collibus, cum sequentib. Cor. flava, passim et violacea.

2. *ciliata*, fol. elongatis ciliatis. *G. ovata*, fol. ovatis margine ciliatis, cor. longissimis arcuatis flavis. Andrew Reposit. t. 94.

3. *graminea*, foliis lineari-subulatis. Thunb. l. c. Fol. basi dilatata. Stigm infundibuliforme, lacero-multifidum. Jacq. coll. 2. p. 341. t. 189. f. 3.

97. ARISTEA. *Cor.* (caerulea) tubo breviusculo. *Stigma* simplex, obtuso-subconcavum: *Sem.* compressa, scabrida.

1. *eriophora*, florib. pedunculatis, spathis villoso-laceris. *A. cyanea.* Aiton. Kew. 1. p. 67. Andrew t. 10. Willd. Spec. 223. Ixia *africana* L. Gramen eriophorum etc. Pluck. mant. 98. Hab. ut et sequentes species, quibus coroll. plus minusve cyanea est, ad Cap. b. Spei.

2. *spicata*, fol. ensiformibus, floribus spicatis confertis. *A. major.* Andrew t. 160. Spatha diphylla, parva. Stigma orbiculare, marginatum. Flor. sessiles.

3. *bracteata*, fol. linearibus distichis, caule subpaniculato, floribus pedunculatis bracteis latis inclusis. Moraea *caerulea* Thunb. diss. acad. 2. p. 289. nº. 15. t. 2. f. 2. Spathae universales (bracteae) naviculares, partial. ovatae. Th.

4. *spiralis*, scapo compresso articulato, fol. erectis, flor. ternis subsecundis. Thunb. Diss. n. 2. Diss. acad. 2. p. 283. Cor. albido-caerulea, intus basi macula cordata. Stigm. truncatum, villosum. Th.

5. *fruticosa*, caule ramoso fol. imbricato. Thunb. diss. de Ixia. t. 1. f. 3. Flor. *caerulei*, tubus filiformis. Stigm. *simplex* Thunb. Hoc inter et sequens genus intermedia species videtur.

98. WITSENA. *Spatha* nulla? *Cor.* tubo utplurimum longo, laciniisque rectis, inter folia disticha. *Stigm.* emarginatum, aut subtrifidum.

1. *Maura*, floribus discoloribus extus tomentosis. Thunb. Nov. gen. pl. afr. diss. ac 1. p. 33. Antholyza L. Ixia *disticha.* Lam. encycl. 3. p. 333. secundum quem (contra *Thunbergium*) stigm. *trifidum* et germen *inferum*, uti in confinibus. In montosis nemorosis Cap. b. Sp. Coll. atrum, limbus luteus.

2. *magellanica*, cor. tubo brevissimo profunde partito. Tapeina Jussieu gen. pl p. 59. Ixia Lam. l. c. Moraea Willd. Sp. Galaxia Cav. Diss. 6. t. 189. f. 4. In fretu Magellanico. Fol. minima. Flor. parvuli, subsessiles inter folia spatharum aemula. Juss. An, uti et sequens, hujus generis?

3. *pyramidalis*, caule subramoso, fol. nearib. striatis distichis patentissimis: superioribus spathaceis. Lam. enc. 3. p. 334. sub *Ixia.* Hab. in Mauritia. Tub. longissimo filiform., lacinia unica strictiore (ut in Antholyzis nonnullis.) Stigmata 3-bifida. Lamarck.

99. ANTHOLYZA. *Cor.* (stipitata) longe tubulosa: tubo recurvo subcylindrico. Laciniæ ovato-lanceolatæ: suprema fornicata longiore. Spatha bivalvis, ovata. (Genitalia exserta. Anth. sæpius cæruleæ. Stigmata 3-6.)

1. *Cunonia*, cor. subpapilionacea, lacin. duabus externis latioribus adscendentibus. Lin. Willd. Sp. pl. 1. p. 222. Mill. ic. 75. t. 113. Decand. et Redouté Liliacées, t. 12. Cor. peculiari est structura, intus nectarifera, colore coccineo. Hab. cum caeteris specieb. ad Cap. bonae Spei.

2. *aethiopica*, fol. ensiformib. attenuatis, spica disticha. Thunb. prod. p. 7. Andrew. Bot. Repos. t. 210. Spath. foliola connivent. Cor. flavo-coccinea, lacin. lanceolatis: superiore genital. longiore.

3. *ringens*, fol. ensiformib. plicatis, flor. subsecundis, scapo colorato. Andrew. t. 32. Spath. longior, patula. Cor. lacin. superiore genital. brevior. Scap purpurasc.

4. *plicata* (hirta), fol. ensiformibus plicatis, spicis secundis, spathis ovatis villosis. Thunb. l. c. caule ramoso hirsuto, cor. ringente staminibus breviore. Lin. Suppl. p. 96.

5. *abbreviata*, fol. linearib. 4-gonis, spatha cor. tubum subaequante. Gladiolus *abbreviatus.* Andrew. t. 166. Cor. habitu praecedentium: lacin. breviusculae, ovatae.

100. WATSONIA. *Cor.* recurvata tubuloso-cylindrica. aut (plerumque) tubuloso-dilatata, infundibuliformis: laciniis omnibus æqualibus strictis. (Spica disticha sæpius, foliolis sparsis obtecta, Genitalia exserta.)

1. *tubulosa*, flor. distichis, cor. tuboloso-clavata: laciniis brevibus ovatis, spatha 2-valvi, fol. lanceolatis. Andrew. t. 174. Flor. geniculati rosei, alboque variegati. Cum sequentibus ad Cap. b. Spei.

2. *Jacquini*, flor. secundis, cor. tubulosa: lacin. rectis minutis ovatis, spatha trivalvi, fol. linearibus. Gladiolus *tubulosus.* Jacq. Coll. 4. p. 155. Ic. pl. rar. Flor. rubicundi Aloen referentes.

3. *fulgens*, flor. distichis cernuis: fauce ampla, fol. lanceolatis longissimis. Andrew. t. 192. Flor. coccinei, lacin. subreflexae; anth. caerulae. Fl. maio.

4. *lucens*, fol. basi filiformib. apice linearibus nervosis, spica oblonga disticha. Anthol. *Lucidor.* Lin. fil. Th. prod. p. 17. An hujus generis? Flor. oblongi, parum incurvati, lac. lanceolatis, subinaequales, cfr. Willd. Sp. 221.

5. *praecox*, fol. ensiformibus, apice lineari-cruciatis, flor. subsecundis parcis, Gladiolus. Andrew t. 38. Cor. rubra, subcampanulata, petal. non undulatis, sed semina marginata.

6. *revoluta*, cor. infundibulif., fol. linearibus revolutis. Gl. Watsonius. Thunb. Jacq. Coll. 3. p. 257. Ej. Ic. rar. 2. Pet. angusta. Fl. coccinei.

7. *humilis*, cor. infundibulif., fol. lineari-ensiformib. pilosis. Watsonia humilis. Mill. ic. t. 297. f. 2. Anth. *Merianella* L. Glad. Thunb. Willd. 1. p. 214. Hab. in Cap. b. Sp. summis montib. Cor. hypocrateriformis, tubo purpurascente, lacin. flavis.

8. *Meriana*, cor. subinfundibulif., fol. ensiformibus glabris. Lin. Gladiolus Th. Jacq. ic. rar. 2. t. 230. Coll. 4. p. 150. Plantes liliacées, t. 11. Flor. rubri. Cor. Polyanthis.

9. *marginata*, spica longissima, flor. alternis cernuis, fol. ensiformib. multinerviis marginatis. Thunb. diss. n°. 20. Willd. 218, sub Gladiol. Antholyza caryophyllea. Houtt. Syst. Lin. t. 79. f. 3.

10. *iridifolia*, cor. cernuis, lacin. oblongis campanulatis, fol. ensiformib. spathisque distichis. Jacq. coll. 4. p. 451. Ic. rar. 2. Glad. *cardinalis*. Geuns et Schnecv. ic. t. 27. Styl. ramosus.

11. *laccata*, cor. infundibulif. cernuis, lac. ovatis planis, fol. lineari-ensiformib. obliquis. Gladiolus. Jacq. l. c. 171. ic. rar. Cor. laccae florentinae colore. Jacq.

12. *palustris*, fol. lineari-ensiformib., scapo polystachio altissimo, spicis pendulis. Ixia *pendula*. Thunb. Willd. Sp. 1. p. 204. Lin. Suppl. p. 91. Cresc. in locis udis prope Kromrivier ad Cap. b. Sp. Caul. teres ramosus, ramis filiformib. duris. Cor. campan. sanguin. pet. lanceolatis. Th.

13. *recurva*, fol. ensiformibus, flor. pendulis subaequalib. lanceolatis recurvis. Gladiol. Lin. mant. 28. Mill. ic. t. 235. f. 2.

14. *Hyacinthoides*, spica multiflora, flor. pedicellatis campanulatis suberectis, fol. falcatis brevibus. A. *spicata*. Andrew. t. 56. Cor. incarnata pallida, crassiuscula, laciniis ovatis, spatha rubro-marginata, vaginans: valvula altera linearis parva.

15. *amoena*, fol. ensiformi-linearibus glabris, caule ramoso, spathae valvula interiore apice bifida. Glad. *roseus* Jacq. Coll. Suppl. p. 22. ic. rar. t. 261. Willd. Spec. 1. p. 217. G. *amoenus*. Ehrh. Caul. flexuos. Spatha scariosa, straminea cum rubore. Flor. spicati, secundi, inodori. Jacq.

β *rosea*. Gladiolus *roseus*, fol. lanceolatis tortis rubro-marginatis pubescentib. flor. roseis odoratissimis. Andrew. t. 11. Fl. maj., jun.

101. GLADIOLUS. *Cor.* tubulosa, varia, erectiuscula; *laciniae* ovato-lanceolatæ, undulatæ. *Genitalia* adscendentia, pistill. pone stamina versus laciniam superiorem. (*Spatha* 2-3-valvis, valvulæ utplurimum lanceolatæ, magnæ. *Stigm.* 3. *Sem.* in multis alata.)

* *Cor. ringens; laciniae inaequales. Tubus incrassatus, subincurvus.*

1. *flexuosus*, cor. ringentis tubo spatha duplo longiore, scapo flexuoso. Thunb. diss. de Glad. n°. 2. t. 1. f. 1. Ejusd. diss. acad. 2. p. 160 et 163. et prod. p. 29. Crescit uti caeterae fere omnes species ad Cap. bonae spei. Fol. sub florescentia nulla. Cor. albo-incarn. Th.

2. *tristis*, cor. cernuis, tubi simplici, fol. trinerv. bisulcis linearib. (Thunb. l. c.), fol. lineari-cruciatis, cor. campanulatis, spatha 3-valvi. Jacq. coll. 4. p. 157. ic. rar. Trew. t. 39. Numerosas hujus speciei varietates vid. ap. Thunb. diss. acad. p. 165-166. Flor. pauci odoratiss. Cor. unicolor ochroleuca, incurva, laciniae planae. Jacq. *Antholyzis* hinc valde affinis. Cor. lacin. summa latissima, subfornicata, infima angustissima. Thunb., quo cum Hebeis convenit.

3. *spiralis*, fol. linearibus spiralibus, cor. fauce infundibulif., lacin. punctatis, spatha bivalvi 1-diphylla. Gl. tristis. β Jacq. coll. 5. p. 10. ic. rar. Cor. leucophaea, lacin. 3 superior. parum latiores.

4. *pterophyllus*, fol. linearib. quadrialatis, cor. infundibulif. subringente, spatha bivalvi. Glad. *tristis*, var. Lin. Jacq. coll. 4. p. 158. Scap. gracilis, superne inflexus, uniflor. plerumque, fol. vaginatus. Cor. triste caerulesc., lacin. cuspatulae, flavesc. cum adspersis punctis atropurpureis. Jacq.

5. *punctatus*, fol. lanceolato-linearib. planis basi vaginantib., scapo alto racemoso, cor. infundibuliformi compressula. Jacq. coll. 4. p. 160. ic. rar. t. 247. Cor. caerulaea, stigm. lacin. latescentes. Fol. infimum maculis punctisque variegatum.

6. *gracilis*, fol. linearib vaginantibus, cor. subringente, lac. obtusis, scapo flexuoso subbifloro geniculato. Willd. sp. 1. p. 211. Jacq. coll. 2. p. 159. ic. rar. t. 276. Bulb. pisi magnitudine. Flor. subcernui 1-2. Spatha 2-valvis, longa lanceolata. Cor. tub. albus, fauce violacea vel caerulea. Jacq.

7. *violaceus*, odoratus, cor. ringente, caule basi colorato punctato, fol. linearib. G. *ringens*. Andrew. α. fol. longissimis, lacin. infer. flavesc. t. 27. β fol. caul. flexuosum ad dimidium adaequante, lacin. 3 infer. striato-punctatis t. 227. Col. violaceo-purpurasc. Odor violae fortissimus. Species inter antecedentem et sequentem intermedia.

8. *brevifolius*. cor. subringente, spathis tubo brevioribus, flor. secundis, fol. lineari-convolutis vagin. tis brevissim. Willd. p. 213. Jacq. ic. rar. 2. t. 249. Collect. 4. 156. Hab. ad Cap. b. spei. Similis sequenti, sed foliis satis distinctus. W.

9. *communis*, cor. subringente, spathis tubo longioribus, flor. secundis, fol. ensiformibus nervosis. Willd. Fol. ensiformibus distantibus. Hort. cliff. 20. Bull. herb. ic. Roth. germ. 1. p. 18. Hab. in Europa australi et in Barbaria.

10. *carneus*, cor. subringente, fol. ensiformibus striatis glabris ad oras cartilagi-

neis, scapo flexuoso erecto, florib. cernuis. Jacq. ic. rar. 2. t. 255. Collect. 2. p. 370. Andrew. t. 240. Burm prod. cap. 2. Hab. ad Cap. bonae Spei. ♃

** Hebea. *Cor. tubo brevi, lacin. divaricatis: suprema lanceolata fornicata, laterales obovatae, 3 inferiores angustae, pendulae subunguiculatae.*

11. *formosus*, cor. divaricata ringente, laciniis sublinearib. alternis crispis, foliis lanceolato-ensiformibus crispis ciliatis. G. *striatus*. Jacq. coll. suppl. p. 28. ic. rar. 2. t. 260. Willd. 1. p. 210. Cor. tubus caeruleus, lacin. interior. undulato crispae, luteae basi rubicundae.

12. *alatus*, cor. divaricata ringente, lacin. summa falcata, fol. lineari-ensiformib. scapo ramoso. Jacq. coll. 4. p. 165. ic. t. 259. Willd. p. 216. Fol. linearia, longiss. Flor. odore corticis citri, tub. pallet. limb. cinerascit. Jacq.

13. *galeatus*, fol. ensiformib. obtusis, petalis lateralibus latissimis. L. Jacq. coll. 4. p. 167. ic. rar. t. 258. Cor. violaceo-pallens. β Andr. t. 122. lacin. summa rotundata. Cor. rubro-punicea, lacin. infer. sursum virescunt.

14. *tabularis*, fol. lanceolatis nervosis, scapo aphyllo, cor. tubo spatha aequali. G. montanus. Thunb. Diss. n. 1. t. 1. f. 4. Willd. Sp. 1. p. 208. Hab. in monte Tabulari ad Cap. b. Sp. Fol. radical. linearia, longitudine fere scapi.

15. *orchidiflorus*, spica multiflora, flor. secundis, fol lineari-lanceolat. Andr. t. 241. Hab.? Cor. fusco-fuliginea; lac. inferior. luteo-maculata. Stigm. 6. Flor. mart.

16. *bicolor*, cor. ringente, spathis lacero-aristatis. Thunb. Jacq. coll. Suppl. 25. ic. rar. t 240. Cor. flavesc. lacin. apice caeruleis.

*** Lemonia. *Cor. campanulata, tubo subbrevi parum incurvo, laciniis profundis subaequalibus ovatis.* (Pourret in act. Tolos. vol. 3. p. 13.)

17. *tenellus*, cor. subringente infundibuliformi, fol. linearibus convolutis. Jacq. ic. rar. 2. t. 248. Coll. 3. p. 255. *Var.* β *flava*. Coll. 4. p. 169. t. 3. f. 1. Cor. ochroleuca, cum linea sordide violacea, laciniae a fauce punctatae. Cor. in β flava cum striis fuscescentibus, fol lanceolato-linearia.

18. *strictus*, foliis lineari-lanceolatis, tubo spatha aequali. Ait. Kew. 1. p. 63. Willd. Sp. 220. Jacq. ic. rar. 2. t. 238. Var. cor. saturate caerulea aut pallide purpurasc.

19. *plicatus*, cor. ringente-subcampanulata, flor. subsecundis, spatha trivalvi, fol. ensiformibus plicatis hirsutis. Jacq. coll. 4. p. 155. Ic. rar. 2. t. 237. Thunb. diss. n. 24. Willd. Sp. 1. p. 220. Cor. subviolacea, lacin. superior curvata; inferiores reliquis paulo breviores, macula oblonga albida. Germ. hirsutum. Ixiam aut Antholyz. refert. Th.

* *nervosus*, fol. ensiformibus plicato-nervosis villosis, racemulis plurib. alternis, tubo spathis breviore. Lam. enc. 2. p. 724. Flor. majores. Spath. pubescens.

20. *hyalinus*, cor. ringente: lacin. planis, scapo stricto paucifloro. Willd. Sp. 1. p. 211. G. strictus Jacq. coll. 4. p. 170. ic. rar. 2. t. 242. Cor. tub. caerulesc., limb. subpellucidus: lacin. summa latior albida cum reliquis flavescentib. striis punctisque purpurpurasc. Jacq.

21. *puniceus*, fol. linearibus, flor. horizontalib. secundis immaculatis, petal. inferioribus paulo longiorib. Lam. enc. 2. p. 727. Pluck. t. 187. f. 4. Breyn prodr. t. 12. f. 1.

22. *crocatus*, fol. ensiformib., flor. alternis, cor. campanulata, lacin. ovatis, basi hyalinis. Wendl. obs. bot. p. 5. t. 4. Ixia *crocata* Lin. Willd. p. 205.

*Obs.* Ob stigma pone stamina incurva huc relata est haec species cui quoque forte associandae essent Ixia *deusta* et *squalida*. Ait.

23. *sulphureus*, cor. infundibuliformi campanulata, lacin. lanceol. obtusiolis, fol. ensiformib. margine villosis. Jacq. coll. 3. p. 258. ic. rar. Cor. tub. incurvus violaceus, lacin. sulphur. Stigm. dilatata.

24. *mucronatus*, cor. subringente campanulata, lacin. mucronatis, fol. ensiformib. villosis, spatha trivalvi villosa. Jacq. coll. 4. p. 162. Ic. rar. 2. t. 253. Cor. flavesc. lacin. cuneiformes: 3 superiores purpureo-violaceae. Stigm. incrassata.

25. *nanus*, fol. lanceolatis plicatis pilosis scapum multiflorum aequantib., spatha crassa 3-valvi. Andrew. t. 137. Spath. basi ventricosa, apice scariosa. Cor. caerul., in medio macula lineari rubra. Pet. repanda, subemarginata. Stigm. incrassata.

26. *grandiflorus*, fol. ensiformib., scapo subtrifloro, petalis aequalibus emarginatis. Andrew. t. 118. Cor. sordide purpurascens; anth. coerul. Stigm. 6. An Watsonia?

27. *campanulatus*, fol. lanceol. glabris scapo subtrifloro fol. longiore, cor. subcampanulata. Andrew. t. 187. Flor. maj. Flor. purpurascent., valde ape. ti.

28 *versicolor*, fol. lineari-cruciatis, flor. magnis versicoloribus., spatha tubo longiore. Andrew. t. 19. Color floris durante anthesi valde variabilis. Andr.

29. *albidus*, cor. subringente, lacin. acutis: 3 inferioribus. apice conniventib., fol. ensiformib. glabris subobliquis. Jacq. ic t. 256. Coll. suppl. p. 21. Fol. plura, disticha. Stigm. apice latescentia, bilamellata. β. *blandus*, fol. lineari-lanceol. Ait. Kew. 1. p. Andrew. t. 99. Cor. alba: macula bina sanguinea.

30. *falcatus*, cor. limbo patente, fol. lanceolato-falcatis. Thunb. diss. n. 4. t. 1. f. 3. Lin. suppl. 96. Cor. caerul. Ixiae excisae affinis. Thunb.

31. *biflorus*, cor. erectae limbo campanulato, scapo bifloro, fol. linearibus. Thunb. diss. n. 5. Hab. ad fretum Magellanicum. Scapus totus vaginis foliorum tectus. Flor. termin. bini, coloris tristis. Th.

32. *dichotomus*, cor. erectae limbo campanulato, scapo bis dichotomo quadrifloro, fol. linearibus. Thunb. diss. n. 6. Habitat? Spathaceum fol. lineare acutum sub dichotomiis. Flores secundi erecti. Thunb. l. c. An hujus gen.?

**** *Cor. tubo elongato substricto, infundibuliformi dilatato, spathis multo longiore: laciniae (inferiores) plerumque medio macula (rubra) varia distinctae, lanceolatae, patulae.*

33. *cuspidatus*, fol. subcernuis, cor. subringente: laciniis lanceolat. attenuatis, fol. lineari-ensiformibus. Jacq. ic. rar. 2. t. 257. Coll. suppl. p. 17. Andrew. t. 147. Spath. vaginans, longa. Cor. rubicunda: macula subcordiformi.

34. *affinis*, fol. ensiformib., cor. infundibuliformi recta, lacin. undulato-crispis, spath. valvulis aequalib. G. *cuspidatus*. β. Andr. t. 219. Cor. flavesc.

35. *crispus*, cor. tubo subgracili longissimo: lacin. subaequalibus, superioribus obovatis, fol. crispis. Thunb. Jacq. coll. suppl. 27. β. Andrew. t. 142. Fl. Jul.

36. *paniculatus*, scapo ramosissimo: ramis bifloris tubo stricto cylindrico, fol. ensiformibus undulatis. G. *polystachius*, Andrew. t. 66. Cor. lacin. patulae subaequales: unica macula arcuata rubra.

37. *angustus*, flor. secundis, cor. lacin. ovatis planis, fol. linearibus. L. Willd. l. c. p. 218. Mill. ic. 142. f. 2. Thunb. diss. n°. 21. Cor. lacin. inferiores macula subrhomboidea.

38. *trimaculatus*, fol. lineari-lanceolatis, tubo curvo limbo vix longiore, petalis 3 macula cordiformi inscriptis. Lamark encycl. 2. p. 727. Gladiolus flor. patentib. externe carneis, interne candidis, stella maculisque purpureis insignitis, suprema lacinia maxima.. Breyn. prodr. p. 21. t. 7. f. 2. Anteced. affinis.

39. *bimaculatus*, fol. lineari-angustissimis, petal. superiorib. breviorib. patenti-reflexis, 3 inferiorib. sublinearibus. Lam. l. c. Mill. dict. t. 236. f. 1. Cor. albido-rubra, patens.

40. *ventricosus*, fol. ensiformib. nervosis glabris submaculosis: cor. limbo ventricoso, stigm. laciniis dilatato-membranaceis spathulatis. Lam. l. c. Cor. tubo infundibulif, spath. subaequalis, lacin. valde inaequales.

41. *resupinatus*, cor. subringente campanulata resupinata, fol. lineari-ensiformib. glabris, scapo ramoso. Jacq. ic. rar. 2. t. 241. Coll. suppl. p. 26. Cor. lacin. macul. longitudinali atro-purpurea, lateral. interdum fascia marginali, fulva. Stigm. incrassata. J.

42. *tubiflorus*, polystachyus, corollae limbo subcampanulato, tubo filiformi longissimo, spathis villosis, fol. lineari-ensiformibus hirtis. Willd. p. 219. Thunb. diss. n°. 23. t. 2 f. 2. Linn. suppl. 96. Hab. ad Cap. b. Spei.

43. *tubatus*, polystachyus, cor. limbo sublabiato, tubo longissimo, spathis, foliisque oblongis plicatis hirsutis. W. Cor. tubo gracili longissimo, laciniis alternis mucronatis, fol. latis ensiformib. plicatis hirsutis, spatha bivalvi. Jacq. ic. rar. 2. 264. Collect, suppl. 18. β. *longiflorus*. Andrew. t. 5. Cor. purpurasc. lacin. 3 in medio macula rubra, cordiformi. Ad Cap. bonae Spei. ♃

44. *floribundus*, polystachyus, corollae limbo patenti subreflexo, spathis tubo longioribus, fol. lanceolatis ensiformibus nervosis glabris. Willd. Flor. erectis. Jacq. ic. rar. 2. t. 254. Collect. 4. p. 162. β? *striatus* Andrew. t. 111.

45. *securiger*, fol. lineari-ensiformibus planis, cor. labio superiore trilaminato: laminis unguiformibus perpendicularibus, bract. obtusis. Ait. Kew. 1. p. 65. Ixia *gladiolaris*. Lam. enc. 3. p. 341. An potius Ixia? Cor. pallide fulva. Lacin. oblongo-ovatae, passim subemarginatae. Ait.

β? *flavus*, fol. lanceolato-ensiformibus planis, cor. labio superiore trilaminatio laminis unguiformibus perpendicularibus, bracteis acuminatis. Ait. p. 65. Willd. 1. p. 218. Antecedenti affinis.

46. *spathaceus*, fol. ensiformib. plicatis hirsutis, spathis membranaceis aristatis glabris. Thunb. diss. n°. 25. Lin. suppl. p. 96. Flor. albidi, tubo cor. spathis multo longiore. Gl. plicato et tubifloro similis. Th.

47. *longiflorus*, cor. tubo gracili substricto, lacin. obtusis, fol. ensiformi-linearibus, scapo ramoso. Thunb. diss. n°. 22. Jacq. coll. suppl. 23. ic. rar. 2. t. 262. et β. t. 263. Ixia Ait. Willd. 1. p. 203. Cor. albido-incarnata, striis purpurasc. in fauce fascia flava, lacin. sublineares, quasi truncatae.

**** *Cor. tubo gracili subfiliformi, lacin. patulis subregularibus.* (Flor. parvuli, Ixias referentes. Peyrousia. Pourret in Act. Tolos. 3. p. 15.)

48. *anceps*, cor. tubo filiformi, scapo ancipiti flexuoso, fol. ensiformibus, margine crispis glabris. Willd. p. 216. Jacq. ic. rar. t. 269. Thunb. diss. n°. 17. t. 2. f. 3. * Lam. enc. 2. p. 728.

49. *fissifolius*, cor. tubo filiformi, scapo ancipiti, fol. ovatis amplexicaulib., margine undulatis, subtus hirtis. Willd. Gl. tubo filiformi longissimo, fiorib. sessilib. axillaribus, fol. hirtulis, in superiore margine fissis, superiorib. quidem ad oppositum marginem usque, inferiorib. autem ad apicem indivisis. Jacq. ic. rar. 2. t. 208. Collect. 4. p. 164.

50. *silenoides*, cor. tubo filiformi, scapo compressiusculo, fol. lineari-ensiformibus planis striatis glabris. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 270. Collect. 4. 168. Pet. rubra, 3 infer. basi macul. flava.

51. *junceus*, polystachyus, flor. secundis, fol. lanceolatis. Thunb. diss. n°. 18. Gl. fol. lato-lanceolatis, culmo ramoso, floribus secundis, stylo sexpartito. Lin. suppl. 44. Flor. caerulesc.

β ? *marmoratus*, fol. ensiformib. nervosis glabris maculosis, flor. distichis, stylo sexpartito. Lam. enc. 2. p. 727. Fl. violacei.

***** *Spica disticha, spathis imbricatis, flores parvi sessiles. Stigmata ?* (Micranthus.)

52. *alopecuroideus*, cor. erectis, spica simplici imbricata, disticha, fol. linearibus. *Ixia* alopecuroidea. L. suppl. p. 92. Glad. spicatus. Thunb. Ix. spicata. Willd. sp. 1. p. 200. Spica. ovata. Hab. in Cap. bon. Sp. summis montibus.

53. *plantagineus*, spica imbricata disticha subramosa, fol. ensiformib. nervosis. Willd. l. c. Glad. alopecuroides. L. Phalangium spicatum. Houttuyn syst. Lin. t. 80. f. d. Ixia plantaginea. Ait. 1. p. 59. Hab. in C. b. Sp. collibus, viis. Var. scapo simplici et ramoso, flor. albis et caeruleis. Thunb.

54. *rossicus*, flor. imbricatis secundis, fol. ensiformib. Gl. imbricatus. Lin. Willd. 212. β ? *parviflorus*. Jacq. obs. bot. 4. p. 2. t. 78. Georgi iter 1. p. 196. Habitat in Rossia.

****** Aglaea. Cor. *subcampanulato-bilabiata sessilis, s. tubo vix ullo.* Caps. *triloba, retusa.* Sem. *subrotunda, mucronata.* Spatha *duplex, 2-valvis sub corolla, 2-3-valvis ad basim pedunculi.*

55. *gramineus*, cor. tubo brevissimo, laciniis lanceolatis, subaequalib. aristatis, scapo paniculato. Jacq. ic. rar. t. 236. Coll. 2. p. 203. Willd. 1. p. 221. Andrew. t. 62. Phalangium. Burm. prodr. n°. 3. Asphodelus Mill. Flor. pedunculati, gemini.

*Obs.* Eadem ratione ac Moraeae, quo accedit forma capsulae, a Gladiolis separari posset.

102. IXIA. *Spatha* 2-3-valvis ovata, brevis. *Cor.* tubulosa: tubo subgracili cum genitalibus recto, *Laciniae* hypocrateriformes, subellipticæ, planæ. *Stigm.* subfiliformia. (Filam. stylum includentia, in nonnullis connata.)

* Romulea. Cor. *campanulata sessilis, fol. linearia.*

1. *minuta*, scapis unifloris longitudine foliorum, fol. lineari-setaceis. Willd. sp 1. p. 196. Thunb. diss. n°. 2. t. 1. f. 1. Ad Cap. b. Spei (uti fere omnes species), locis arenosis, inundatis. Cor. albida, striis purpur.

2. *rosea*, scapo unifloro breviss. aphyllo. Syst. veg. 75. Mill. ic. 160. t. 240. Ait. Kew. 1. p. 56.

3. *chloroleuca*, scapo unifloro, fol. linearibus margine revolutis longissimis. Willd. l. c. Jacq. ic. rar. 2. 272. Collect. 4. p. 180. ♃

4. *Bulbocodium* (*europaea*), scapo 1-floro, fol. linearib. canaliculatis, cor. subcampanulata sessili. L. Jacq. ic. rar. 2. t. 271. Coll. 3. p. 265. Willd. sp. 1. p. 196. *Crocus* spatha diphylla flori approximata. Lin. sp. pl. ed. 1. p. 36. Romulea Mill. ic. t. 240. Bulbocodium crocifolium. Tournef. cor. p. 50. Hab. in Europa australi, Gallia, Italia, et in Barbaria. Stigm. 6. Var. quoad magnitudinem, cor. caeruleam aut dilute purpuream, in fundo tantum aut ad medium usque croceam. Conf. Schousboe Ma-

roc. 1. p. 25. Ob cor. profunde partitam sessilem forte melius una cum Ixiis. n. 2, 3 et 5 ad Moraeas amandanda, aut omnes Moreae cum Ixiis conjungendae essent, quod omnino ulterius requirit examen.

β. *capensis*, flor. subnutante, scapo folioso. Andrew. t. 170. An species diversa ab Europaea?

5. *cruciata*, scapo unifloro, fol. linearib. basi attenuatis quadricarinatis. Willd. l. c. p. 197. Jacq. ic. 2. t. 200. Collect. suppl. p. 16. Hab. in Cap. b. Spei.

6. *fragrans*, scapo simplici subbifloro, fol. linearibus. Willd. Jacq. ic. 2. t. 274. Collect. suppl. p. 9. Cor. inmaculata, lutea. Caps. subrotundo-ovata.

7. *humilis*, scapo ramoso, floribus secundis, fol. falcatis erectis. Thunb. diss. n°. 4. In Cap. b. Spei.

** *Scapo hirsuto, foliis longiore.*

8. *pilosa*, fol. linearibus pilosis, florib. alternis. Lin. suppl. 92.

9. *hirta*, fol. ensiformibus hirtis, florib. secundis. Thunb. diss. n°. 6 Ixia secunda. Jacq. ic. rar. 2. t. 277. Collect. 4. p. 180. In arenosis humidis Cap. b. Spei.

10. *secunda*, fol. elliptico-ensiformibus, scapo villoso-scabro. Thunb. diss. n°. 7. Caule ramoso erecto, floribus secundis, stigmatibus latis membranaceis. De la Roche diss. 17. Houttuyn. 11. t. 78. f. 1. I. *scillaris*. L. Sp. pl. t. 52? Flor. sessiles, parvi, caerulei: tubo brevi, spathae foliola longa. Lam. enc. 3 p. 336.

*** *Scapo glabro foliis longiore, foliis crispis.*

11. *crispa*, fol. linearibus crispis, flor. spicatis alternis. Thunb. diss. n°. 8. t. 2. f. 3. Lin. suppl. 91. Ad Cap. bonae Spei. Spatha hyalina. Tub. filiformis. Limb. lacin. obovatis oblongis.

12. *cinnamomea*, fol. lanceolat. crispis, flor. alternis. Thunb. diss. n°. 2. t. 2. f. 1. Linn. suppl. 92. In collib. Leuwestaart Cap. b. Spei. Flos cinnamomi odore, praesertim vespere. Th.

13. *corymbosa*, fol. lanceolatis crispis, scapo ancipiti. Thunb. diss. n°. 10. Jacq. ic. rar. 2. t. 288. Collect. 4. p. 179. Pluk. alm. 87. t. 275. f. 1. In sabulosis et ipsis viis Swartlandiae ad Cap. b. Spei. Flor. caerul. parvi. Planta palmaris.

14. *fastigiata*, fol. ensiformib. lingulatis nervosis crispis, caule flexuoso ancipiti, flor. glomerato-fastigiatis. Lam. enc. 3. p. 337. Ad C. b. Spei. Bulb. reticulatus. Cor. ex flavo purpurascens. L.

15. *heterophylla*, fol. radicalib. lineari-ensiformibus striatis planis, floralib. linearibus obtusis undulatis floribus aggregatis longioribus. Willd. l. c. p. 199. Galaxia plicata foliis plicatis. Jacq. ic. rar. t. 291. Collect. suppl. 30. Habitat in Cap. b. Spei. Ab omnibus foliis et inflorescentia distincta. Spatha univalvis. Cor. lactea: tub. longus, laciniis basi puncto nigro. Stamina libera Willd.

**** *Scapo glabro foliis longiore, foliis planis.*

16. *anemonaeflora*, scapo unifloro, fol. lineari-ensiformibus, superne obliquis, longitudine scapi erectis. Jacq. ic. rar. 2. t. 273. Collect. suppl. 10. Ad Cap. b. Spei. Cor. limbus magnus planus. Fol. glauca. W.

17. *coelestina*, scapo unifloro, foliis lineari-subulatis, scapo multo brevioribus. W. Sp. pl. 200. Bartram. itin. Habitat in Carolina.

18. *linearis*, fol. linearib. angustissimis convexis, scapo simplici erecto. W. Thunb. diss. n°. 11. In Cap. b. Spei.

19. *pusilla*, fol. sublinearibus costatis crassis, scapo bifloro. Andrew. t. 245. Floret Aprili. Stigmata crassiuscula. Fl. caerulei.

20. *filiformis*, fol. ensiformibus acuminatis, scapo filiformi, spica nutante, tubo petalis breviore. Ventenat. descr. pl. p 48. t. 48. Hab. ad C. b. Spei. Floret Majo. Tub. subincurvus.

21. *speciosa*, fol. linearibus costatis gramineis, scapo filiformi bifloro, cor. subcampanulatis. Andrew. t. 186. Fl. coccinei, tub. brevis, spath. 3-valvis.

22. *incarnata*, scapo simplici erecto, fol. ensiformibus ad oras revolutis, florib. secundis spicatis. Jacq. ic. 2. t. 281. Collect. suppl. 13.

23. *patens*, fol. ensiformibus glabris, racemo terminali, cor. campanulatis patulis, laciniis alternis angustioribus. Ait. Kewens. 1. p. 59.

24. *capillaris*, fol. linearibus, scapo polystachyo, spathis scariosis Thunb. diss. n°. 12. t. 2. f. 2. Lin. suppl. 92. Hab. in arenosis humidis Cap. bonae Spei.

25. *flexuosa*, foliis linearibus, racemo flexuoso multifloro. Ait. Kew. 1. p. 58. Mill. ic. 156. f. 2.

26. *angusta*, fol. linearibus acutis,

*scapo flexuoso simplici, limbo subreflexo. Willd. sp. p. 202, Bulbo conico. Jacq. ic. rar. 2. t. 279. Collect. 4. p 183.

27. *radiata*, fol. linearibus obtusis, scapo flexuoso geniculato simplici, limbo corollae patenti. Willd. p. 202. Bulbi conici basi plana excurrente in orbiculum dentato-radiatum. Jacq. ic. rar. 2. t. 280. Collect. suppl. 15. β Ixia *fistulosa*. Andrew t. 59. Stigm. longissima incurva. Flor. pedicell.

28. *scillaris*, fol. linearibus, floribus secundis, rachide flexuosa. Houttuyn 11. t. 77. f. 2. afr. Lam. enc. p. 338.

29. *leucantha*, scapo polystachio erecto, foliis lineari-ensiformibus obliquis erectis striatulis, flor. secundis nutantibus. Jacq. ic. rar. 2. t. 278. Collect. suppl. 11. In Cap. bonae Spei.

30. *polystachya*, fol. linearibus, scapo spicis pluribus. Sp. pl. 51. β. *incarnata*, flor. incarnatis; antheris conniventib. Andrew t. 128. j. Cor. majore striata rubra, spath. valvula bifida? Jacq. coll. suppl. t. 2. Petala alba. Inter stylum tripartitum stamina eriguntur, quasi styli exteriores essent.

31. *maculata*, fol. ensiformibus, scapo polystachyo, flor. alternis, cor. versicolorib. basi maculatis. Thunb. diss. n°. 19. Willd. p. 215. Fol. Gladioli glabris, flor. corymbosis terminalibus. Mill. ic. 156. f. 1. I. *maculata*, fol. ensiformib. glabris, scapo duplo brevioribus, flor. alternis subspicatis, petalis basi obscuris ovatis concavis, stigm. bifidis. Andrew. t. 196. Spath. 3-valvis. Quoad colorem floris valde variat.

32. *capitata*, fol. lineari-ensiformibus, flor. majusculis subcapitatis, spatha polyphylla. Andrew t. 129, qui adhuc plures, forte distinctas, delineavit varietates; vid. tab. 23, 50, 129 et 232 ejus operis.

33. *viridiflora*, fol. linearibus striatis, spica simplici longissima. Lam. ill. 1. p. 112. I. *spicata*. Andrew. t. 29. Ad Cap. b. Spei. Spica pedalis. Flor. virescunt, fundo nigricant.

34. *lancea*, fol. ensiformibus, flor. secundis, scapo simplici flexuoso. Thunb. diss. n°. 21. Jacq. ic. 2. t. 281. Collect. suppl. 13.

35. *pentandra*, fol. ensiformibus, flor. pentandris. Thunb. prod. 10. Staminibus curvis. Lin. suppl. 92. Hab. prope Groene Kloof in collibus. †

36. *aulica*, flor. racemosis, bracteis integris, fol. ensiformib. planis nervosis laevibus. Aiton. Kew. 1. p. 57.

37. *falcata*, scapo subpolystach. flexuoso, fol. ensiformib. striatis scapo brevioribus, rachi erecta. Jacq. ic. 2. t. 276. Collect. 4. p. 183. Lin. suppl. p. 92. In collibus Cap. b. Spei.

38. *excisa*, fol. ovatis, flor. secundis, scapo flexuoso. Thunb. diss. n°. 24. t. 1. f. 4. Lin. suppl. 92. Ad Cap. b. Spei. Cor. limbus violaceus. Var. glumis lanceolatis, floribus uno s. duobus. Th.

*** Eurydice, *filamentis connatis.*

39. *columnaris*, flor. subcapitatis, filam. ultra medium tantum connatis. Andrew. t. 203. Cum sequentib. ad Cap. b. Spei.

α. *angustifolia*, fol. linearibus, flor. unicolorib. rubris, spatha trifida? Andrew fig. cit. et *versicolor*, petalis luteis basi nigrescentibus, spatha pluries incisa. Andr. t. 211.

β. *latifolia*, fol. lato-lanceolatis falcatis. Andr. t. 213. Flor. caerulescentes.

40. *grandiflora*, fol. linearibus longissimis, filam. totis connatis. Andrew. t. 250. Flor. violacei.

**** Belemcanda. Cor. *tubo subbrevi, apice dilatato, limbo inciso subcampanulato.* Laciniae *ovatae*. Stam. *in nonnullis subincurva, in tubi medio.*

41. *chinensis*, cor. subhexapetala, caule flexuoso. Morea *chinensis*. Thunb. Willd. Sp. 1. p. 245. Rheed. hort. 11. t. 37. Sponte in Indiae arenosis crescit.

42. *deusta*, fol. lanceolatis nervosis, flor. alternis sessilibus, petalis obtusis: exterioribus basi nigro-maculatis. Ait. p. 60. Andrew. f. 134. Cor. crocea. Fl. majo.

43. *squalida*, fol. lineari-lanceolatis, flor. alternis sessilibus, tubo bracteis longiore, pet. ovato-oblongis. Ait. 61. Cor. pallide lutea: venis obscuriorib.

44. *caerulescens*, fol. oblongo-lanceolat. villosis, spathis tubo aequalibus, cor. campanulata. Jacq. ic. rar. 2. t. 204. Willd. p. 198. (I. *villosa*.) Coll. 3. p. 267.

45. *cyanea*, fol. oblongo-lanceolatis villosis, spathis tubo brevioribus, limbo patentissimo. Jacq. ic. rar. t. 285. Coll. 3, p. 268. I. rubro-cyanea. Willd. sp. 1. p. 198.

46. *punicea*, fol. oblongis villosis, scapo ramoso, flor. secundis: petalis mucronatis. Willd. Jacq. ic. t. 287. Coll. suppl. p. 12.

47. *purpurea*, fol. ensiformibus subvillosis, vaginis glabris, scapo ramoso, limbo patentissimo. Jacq. t. 286. Coll. 3. p. 268.

*Obs.*

*Obs.* In 4 hisce speciebus spatha 3-valvis est et folia plicata disticha.

48. *aristata*, fol. ensiformibus falcatis glabris, scapo subbifloro, spathis laceris. Thunb. diss. n°. 15. Andrew. t. 87. β. *uniflora*. Lin. mant. p. 27. Jacq. ic. t. 283. Cor. purpurea, magna.

49. *fimbriata*, fol. ensiformibus, caule angulato flexuoso, spathis fimbriato-laceris. Lam. enc. 3. p. 339. Mill. ic. t. 237. f. 1. et 2. Bel. *semi-flexuosa*. Mönch. meth. pl. suppl. p. 214. Cor. flava.

50. *bulbifera*, fol. lineari-lanceolatis subfalcatis, spathis membranaceis setaceo-laceris. Thunb. Andr. t. 48? Mill. t. 236. f. 2. Axillis bulbiferis, stam. lateralibus. Lin. am. acad. 4. p. 300. Cor. sulphurea. Spatha in Andrewii fig. tota integra picta.

103. MORAEA. *Cor.* hexapetala patentissima tubo subnullo. *Stigm.* 3-6, filiformia. *Caps.* oblonga. (*Flor.* marcescendo in spiram sæpius convoluti. *Filam.* in nonnullis connata et petala alterna minora.)

1. *lugens*, scapo ancipiti, petal. discoloribus alternis majorib. Linn. suppl. p. 99. M. *melaleuca*. Thunb. diss. n°. 1. t. 1. f. 3. Ejusd. diss. acad. 2. p. 277. Willd. sp. 1. p. 240. Hab. (cum caeteris speciebus) ad Cap. b. spei, inter frutices. Pet. exteriora majora alba, interiora nigra.

2. *polyanthos*, scapo tereti, fol. flexuoso-erectis, petal. alternis minoribus. Thunb. n°. 14. Lin. suppl. p. 99. Stigm. 6. Cor. caerulea, subregularis. Flor. in ultimis ramulis capillaribus. Th.

3. *collina*, scapo tereti, fol. dependente, lacin. cor. subaequalib. Thunb. n°. 13. Jacq. ic. rar. 2. t. 226. Sisyrinchium. Cav. diss. bot. 6. p. 346. In collib. Cap. b. spei frequens. Cor. rubicunda.

4. *virgata*, fol. linearib. longissimis, scapo ramosissimo virgato, flor. solitariis. Jacq. coll. 3. p. 194. Ic. rar. 2. t. 228. Ixia Willd. 1. p. 202 Stigm. lacin. 6, involutae. Germen lineare.

5. *longifolia*, scapo tereti articulato flexuoso, fol. revolutis laxis. Thunb. diss. n°. 12. Lin. suppl. (M. *flexuosa*.) Ixia longifolia. Jacq. hort. 3. p. 47. t. 90. Cor. lutea, tubo satis longo. Stigm. 6.

6. *elegans*, scapo tereti, fol. unico lineari-ensiformi procumbente, petal. eglandulosis. Jacq. hort. Schoenbr. 1. p. 6. t. 12. Sisyrinchium. Willd. sp. 3. p. 577. Flos unicus, terminalis, magnus, flavus, in medio petal. exteriorum macula magna viridis.

7. *grandiflora*, scapo tereti simplici, petal. obovatis, fol. lanceolatis plicatis. Willd. sp. 3. p. 578. Cavan. diss. 6. p. 346. t. 192 f. 2. sub Sisyrinchio. Spatha 3-flora. Cor. lutea. Petala obtusissima. W.

8. *umbellata*, scapo tereti striato, spic. umbellato-paniculatis, involucr. diphyllis longissimis. Thunb. diss. n°. 16. Flor caerulei, in apicib. solitarii.

9. *crispa*, scapo tereti articulato, fol. convoluto crispo reflexo. Thunb. l. c. Flor. pauci, pedunculati, caerulei.

10. *pusilla*, scapo ancipiti, fol. distichis, flore subsolitario. Thunb. diss. n°. 4. Thunb. prod. 11. Fol. radicalia lineari-lanceolata subfalcata. Cor. caerulea, lacin. alternae angustiores.

11. *gladiata*, scapo foliisque compressis, spica laterali solitaria, involucro duplo breviore. Thunb. diss. n°. 8. Thunb. prod. 11. Ixia gladiata, stylis tribus. Lin suppl. 93. Cor. flava, patens. Bractea ensiformis, corolla lutea extus rubra.

12. *aphylla*, scapo nudo foliisque compressis, spica laterali solitaria, involucro multoties breviore. Thunb. diss. n°. 9, t. 2. f. 1. Lin. suppl. 99. Cor. flava. Flores, ut in Junco, laterales.

13. *filiformis*, scapo foliisque compressis subfiliformibus, flore solitario terminali. Thunb. diss. n°. 10. tab. 1. f. 2. Lin. suppl. 100. In Cap. b. spei. Flores cum spathis referunt fl. Dianthi. Cor. lutea. Th.

104. SISYRINCHIUM. *Cor.* hexapetala. *Stam.* utplurimum connata. *Germen* subrotundo-triquetrum, pedicellatum, extra spatham. (Petala in nonnullis aristata.)

1. *capitatum*, scapo ancipite, fol. ensiformibus plicatis, flor. capitatis, filam. liberis. Moraea palmifolia. Thunb. n°. 16. M. *plicata*. Swartz. Flor. Ind. occid. 1. p. 82. Willd. sp. pl. L. 1. p. 243. Plum. amer. p. 35. t. 45. f. 2. Ixia americana. Aubl. Guian. p. 33. Hab. in Jamaicae pascuis montosis. Pet. alba, basi germini contigua. Sw.

2. *racemosum*, scapo teretiusculo nudo, flor. racemosis secundis, fol. ensiformib. plicatis. Jacq. coll. 3. p. 192. Ic. pl. rar. 2. t. 227. (Moraea *palmifolia*) Sisyrinch. palmifolium. Willd. sp. 3. p. 579. Cav.

diss. 6. p. 348. t. 191. f. 1. Linn. Mant. 122. Ency. syn. Hab. in Brasilia. Flor. parvi albi.

3. *spathaceum*, scapo foliisque teretibus filiformibus, spicis lateralibus aggregatis. Thunb. diss. n°. 11. Ej. diss. acad. 2. p. 286. In coll. C. b. spei frequens. Pet. lutea, vix basi connata, filam. libera. Hujus loci *Bobartia indica*. L. cfr. Willd. sp. pl. 1. p. 242.

4. *striatum*, scapo ancipiti ramoso alato, fol. ensiformibus sulcatis scapo brevioribus, flor. terminalibus subumbellatis. S. *striatum* Smith, spicatum Cavan? et reticulatum Quor. Hab. in Mexico. Flor. subventricosi, flavescentes, subtus fusco-lineati. Caul. 2-pedalis. Bract. 1-phylla.

5. *mucronatum*, fol. scapisque simplicibus subsetaceis, spatha colorata: valva altera in mucronem longum desinente. Mich. Flor. 2. p. 33. Hab. in Pensylvania. Fol. ima parte glumisque amethysteis.

6. *Bermudianum*, fol. ensiformibus, caule ancipiti ramoso, spathis muticis, flore brevioribus. Lam. enc. 1. p. 403. Cav. diss. 6. p. 346. t. 192. f. 1. Dill. Elth. t. 41. f. 48. Hab. in Bermudis.

7. *anceps*, scapo simplici alato, spathis inaequalibus, flores superantib. Lam. enc. 1. p. 403. Cav. diss. 6. p. 345. t. 190. f. 2. Willd. sp. 3. p. 579. S. *gramineum*. Curtis bot. mag. t. 464. In Virginia et Canada. Petala caerulea, apice in medio, uti prioris, aristata.

8. *micranthemum*, radice fibrosa, caule ancipiti, fol. canaliculatis, petalis linearibus. Cav. diss. 6. p. 345. t. 191. f. 2. In regno peruviano.

9? *ixioides*, fol. ensiformib. distichis, panicula trichotoma, petalis exterioribus brevioribus. Forst. prodr. Moraea. Thunb. n°. 7. Ferraria. Willd. 3. p. 582. In Nova Zeelandia. Pedunc. capillares, spathis longiores.

105. TIGRIDIA. Spatha bivalvis. *Cor.* campanulata, 6-petala: petala 3 interiora minora hastata (margine nectarifera). *Filam.* connata. *Stigm.* 3, bifida. *Caps.* oblonga, angulata.

1. *Pavonia*. Moraea Th. Ferraria L. Andrew. t. 178. Tigridia Juss. gen. Redouté Liliac. Hab. in Mexico. Cor. rubra fundo et petala, praesertim minora, guttato-variegata. Intra 6 horarum spatium corolla speciosa evanescit, Fl. aestate.

106. FERRARIA. *Spatha* 1-phylla. *Cor.* 6-petala: petal. inaequalibus undulato-crispis. *Filam.* connata. *Stigm.* laciniae penicillatae.

1. *minor*, caule simplici, flor. inodoris. Moraea Ferrariola Jacq. coll. 4. p. 141. Ferraria Ferrariola. Willd. sp. 3. p. 581. Hab. ad Cap. b. spei. Pet. ungues virescunt, intus striis atropurpureis. Pet. angustiora immaculata; latiora flavovirent., striis punctisque violaceis. Jacq.

2. *punctata* (*undulata* L.), caule ramoso, fol. punctatis. Moraea undulata. Thunb. n°. 21. Disst acad. p. 298. Ferrarii de Cult. flor. p. 168. t. 171. Iris stellata Barr. ic. Prope Leuwesttaart C. b. spei. Col. subtus flavo-nigrescit, fasciis purpureis supra purpureo-fuscus, margine subolivaceus. Odor *Stapeliae* cadaverosus muscas alliciens. Th.

107. IRIS. *Cor.* 6-petala: laciniis alternis reflexis. *Stylus* o. *Stigm.* petaliformia. Stamina incumbentia.

* *Barbatae, foliis ensiformibus.*

1. *ciliata*, barbata, fol. ensiformibus ciliatis. Thunb. diss. de Iride, n°. 1; et ejusd. diss. acad. 2. p. 101. Willd. sp. pl. p. 224. In collibus Cap. b. spei.

2. *minuta*, barbata, foliis ensiformib. glabris, scapo unifloro, petalis oblongis acutis. Thunb. diss. n°. 2. Lin. suppl. 98. Hab. in monte Leuwestart ad Cap. b. spei. Flor. lutei, scap. vaginatus.

3. *pumila*, barbata, scapo unifloro, fol. ensiformibus glabris breviore, tubo exserto, petalis oblongis obtusis. Willd. l. c. Jacq. aust. t. 1. Lam. encycl. 3. p. 285. Hoffm. germ. ed. 2. p. 13. Hab. in Germaniae, Austriae, Galliae, Pannoniae collibus, muris. Flor. versicolores, plerumque purpureo-caerulei. Scap. fol. vaginantib. cinctus.

4. *lutescens*, barbata, scapo subunifloro, fol. ensiformibus glabris longiore, tubo spathis incluso, petalis oblongis obtusis. Willd. sp. p. 225. Lam. encycl. Hab. in Germaniae, Galliae montosis. Pumila. Cor. albido flavescens, laciniis exterioribus basi violaceo-reticulatis undulat. emarginatis. W.

5. *cristata*, barbata, barba cristata, scapo subunifloro longitudine foliorum, germinib. trigonis, petalis subaequalib. Willd. sp. p. 225. Aiton. Kewens. 1. p. 70. Hab. in America boreali, in montib. umbrosis Carolinae. Radix repens. Caulis vix digitalis

1-2-fl...s. Cor. laciniae fascia subtrifariam ...dulato-crenata. Michaux. p. 22.

6. *susiana*, barbata, fol. ensiformibus glabris, scapo unifloro, petalis rotundatis. Thunb. diss. n°. 4. Decand. et Redouté Liliac. t. 18. I. *susiana* flore maximo ex albo nigricante. Bauh. pin. 31. Hab. in Oriente.

7. *florentina*, barbata, fol. ensiformib. glabris, scapo subbifloro brevioribus, floribus sessilibus. Lam. ill. p. 121. Morison sect. 4. t. 5. f. 5. Hort. eyst. vern. 8. p 4 f. 3. Cor. alba, lacin. latae, infer. venis pallide luteis pictae. Stigm. crenulata. Rad. odorata. Desf. Hab. in Europa austral. et in Barbaria.

* *alba*, barbata, caule multifloro fol. altiore, spathis basi foliaceis, apice margineque scariosis, cor. tubo germine longiore. Savi. Flor. Pisana. 1. p. 32. Lob. ic. 59. Hab. prope Pisam.

22. *coarctatum*, fol. inferne carinatis, medio coarctatis, pedunc. bifido-dichotomis, pedicel. subumbellatis. Flor. Per. l. c. t. 299. Hab. in Andium montibus. Cor. violaceo-caerulea. Planta tincturam croceam immutabilem praebet.

23. *eccremorhizum*, fol. ensiformibus carinatis, scapo folioso, racem. longis, spathis 2-3-floris. Flor. Per. t. 301. Cresc. in Peruviae collib. Habitus Asphodeli. Rad. tuberosa pendula, lanuginosa.

24. *glaucum*, racemo longissimo simplici multifloro, pedunc. florifero patentibus: fructiferis adpressis. Flor. Per. l. c. p. 68. Hab. in Andium montibus. Fol. ensiformia, supra glauca.

25. *elatum*, fol. planis scapo ramoso, pedunculis aggregatis, corollis planis. Ait. Kew. 1. p. 448. Hab. ad Cap. b. spei.

26. *falcatum*, fol. carnosis ensiformibus falcatis glabris, caule ramoso racemoso. Lin. suppl. 202. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. depressa terrae incumbentia.

27. *contortum*, fol. planis ensiformibus, caule ramoso, floribus remotissimis. Lin. suppl. 202. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. contorta.

28. *vespertinum*, fol. lineari-ensiformibus carinato-triquetris, scapo ramoso brevioribus. Willd. p. 139. A. filamentis muricatulis. Jacq. Schoenb. 1. p. 44. t. 85. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

29. *graminifolium*, fol. linearibus planis depressis scapo ramoso brevioribus, petalis alternis undulatis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 411 Collect. suppl. 87. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

30. *japonicum*, fol. ensiformibus convolutis glabris, scapo ramoso angulato, flor. racemosis cernuis. Thunb. jap. 138. Hab. in Japonia, China et Java.

31. *niveum*, fol. planis basi plicatis, caul. simplice, flor. densissimis longe spicatis bract. niveis pedunc. aequantibus. Enc. bot. 5. p. 248. Hab. in India. Cor. parva.

32. *longifolium*, fol. linearibus decumbentibus margine ciliatis scapo ramoso longioribus. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 413. Collect. suppl. 92. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

33. *hirsutum*, fol. linearibus hirsutis scapo ramoso brevioribus, racemo longissimo. Thunb. prod. 63. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

34. *Adenanthera*, fol. lineari-ensiformibus basi connatis, glandula inter filamentum et antheram. Forst. prod. n°. 149. Hab. in N. Caledonia.

35. *pilosum*, scapo simplici folioso glabro, fol. lanceolatis vaginantibus utrinque pilosis. Willd. p. 140. Jacq. ic. rar. 2. t. 416. Collect. suppl. 87. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

36. *undulatum*, fol. ensiformibus falcatis undulatis scapo longioribus. Thunb. prod. 63. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

37. *triflorum*. fol. canaliculato-ensiformibus, scapo simplici, bracteis remotis trifloris. Ait. Kew. 1. p. 448.

p. A.

β. A. *bipedunculatum*, filam. glabris, radice fasciculata, fol. lanceolato-linearib. carinatis, scapo racemoso simplici, bract. subbifloris. Jacq. ic. 2. t. 410. Collect. suppl. 88. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

38. *canaliculatum*, fol. subcarnosis pilosis ensiformi-triquetris latere angustiori canaliculatis, scapo simplici. Ait. Kew. 1. p. 448. Hab. ad Cap. b. spei. Scapus teres pilosus. ♃

39. *Albucoides*, fol. linearibus canaliculatis glabris, margine cartilagineis, scapo simplici. Ait. Kew. 1. p. 449. Hab. ad Cap. b. spei. Petalis luteis, carina viridi, apice fornicatis, refert Albucam. Ait. l. c. ♃

40. *Liliago*, fol. planis, scapo simplicissimo, cor. planis, pistillo declinato. Jacq. hort 1. t. 83. Moris. s. 4. t. 1. f. 10. Liliago Cordi. Lob. ic. p. 48. Hab. in Helvetia, Germania, Gallia. ♃

41. *Liliastrum*, fol. planis, scapo simplicissimo, cor. campanulatis, staminibus declinatis. L. Scheuchz. alp. 1. p. 48. et 7. p. 514. Hab. in alpibus Helveticis, Allobrogicis. Corol. Lilii candidi. ♃

42. *spirale*, scapo spirali. L. Hab. sub monte Leonis Cap. b. spei, locis glareosis. ♃

** *Filamenta medio incrassata.*

43. *physodes*, filam. glabris, rad. bulbosa, fol. oblongis planis lucidis, racemo subcorymboso. Jacq. ic. rar. 2. t. 418. Coll. suppl. p. 94. A. marginatum. Thunb. Stam. medio dilatata. Facies scillae. Willd. p. 147. Cum sequente ad Cap. b. spei.

44. *pusillum*, filam. lanceolatis glabris, rad. bulbosa, fol. lanceolato-linearibus in orbem prostratis. racem. corymboso. Jacq. l. c. t. 417. Collec. suppl. p. 94.

*Obs.* Stam. uti in priore specie, quam ob rem a cl. Willd. in subdivisione peculiari: *Scilloides* illae enumerantur.

45. *coarctatum*, fol. ensiformibus carinatis, medio coarctatis, pedunc. bifidodichotomis, pedicell. subumbellatis, filam. ad medium incrassatis. Flor. Per. 3. p. 67. t. 299. Hab. in Andium montibus. Cor. violaceo-caerulea. Planta tincturam croceam praebet.

808. ANTHERICUM. *Filamenta* barbata, cetera *Phalangii*. (Fol. succulenta, fistulosa. Flor. lutei. *Bulbine*. L.)

1. *frutescens*, fol. carnosis teretibus, caule fruticoso erecto ramoso. Willd. sp. II. p. 142. Plantes grasses. ic. Hab. ad Cap. b. spei, uti omnes quae sequuntur. ♄

2. *rostratum*, antheris barbatis, caul. fruticosis radicantibus brevissimis, fol. subulatis teretibus pulposis. Jacq. ic. rar. 2. t. 403. Collect. suppl. 82. Habit. ad Cap. b. spei. ♄

3. *Aloides*, fol. carnosis linguiformi-lanceolatis planiusculis. Willdenow. p. 143. Plant. grasses. ic. Dill. elth. 312. t. 232. f. 300. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. inferne convexa. ♃

4. *nutans*, fol. carnosis lanceolatis planis basi concavis, apice reflexis, racemo apice nutante. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 407. Collect. suppl. 86.

5. *incurvum*, fol. carnosis trigonis incurvis brevissimis, racemo elongato cernuo. Thunb. prod. 62.

6. *latifolium*, fol. carnosis lato-ensiformibus glabris, racemo longissimo, caule simplici. Lin. suppl. 202. Jacq. ic. rar. 2. t. 408. Collect. 249.

7. *pugoniforme*, filam. barbatis acaule, radice subrotunda perenni, fol. crasso-subulatis antice sulcatis apice teretibus pulposis erectis. Jacq. ic. rar. 2. t. 405. Collect. suppl. 83.

8. *praemorsum*, fol. carnosis linearibus canaliculatis distichis erectis scapo brevioribus. Willd. A. radice perenni difformi praemorsa, fol. subtriquetris. Jacq. ic. rar. 2. t. 406. Collect. suppl. 85.

9. *Asphodeloides*, fol. carnosis subulatis semiteretibus strictis. L. Jacq. hort. t. 181. Hab. in Aethiopia. Fol. margine aspera. ♂

10. *longiscapum*, fol. carnosis subulatis semiteretibus flexuosis glaucis, scapo triplo brevioribus. Willd. p. 145. Jacq. ic. rar. 2. t. 404. Collect. suppl. 84. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

11. *annuum*, fol. carnosis subulatis teretiusculis, scapo subracemoso. L. Hort. ups. 83. Mill. dict. n. 7. Plantes grasses. ic. Hab. in Aethiopia. ⊙

12. *hispidum*, fol. carnosis compressis hispidis. L. A. filam. muricatis, scapo hispido. Jacq. ic. 2. t. 409. Collect. suppl. p. 91. Habitat ad Cap. b. spei. Radix fibrosa. ♃

13. *muricatum*, fol. linearibus muri-

patis striatis, scapo ramoso inferne muricato. Thunb. prod. 63. Scapus bipedalis postea ramosus.

14. *ciliatum*, fol. ensiformibus carnoso-subtriquetris ciliatis, scapo simplici, racemo longissimo. Lin. suppl. p. 202. Fol. longissima.

15. *Cauda felis*, fol. canaliculato-ensiformibus, scapo simplici, racemo oblongo. Lin. suppl. p. 202. A. caudatum. Thunb. prod. 63.

16. *triquetrum*, fol. filiformibus triquetris scapo simplici brevioribus, racemo ovato. Lin. suppl. p. 202.

17. *scabrum*, fol. triquetris serrulatis, caule ramoso scabro, pedunc. fructiferis recurvis. Lin. suppl. p. 202.

18. *cirrhatum*, fol. lanceolatis planiusculis, scapo paniculato, filam. barbatis bicirrhatis. Forst. prod. n. 148. Hab. in N. Zeelandia.

19. *crispum*, fol. ellipticis crispis ciliatis, scapo ramoso. Thunb. prod. 63. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

*Obs.* An omnes hae species revera hujus generis?

809. NARTHECIUM. *Cor.* hexapetala, patens, persistens. *Filam.* filiformia, hirsuta. *Caps.* supera prismatica. *Sem.* utrinque appendiculata.

1. *ossifragum.* Smith. brit 1. p. 368. Engl. bot. t. 535. Anthericum. Lin. Willd. p. 147. Flor. dan. t. 42. Hab. in uliginosis, paludib. turfosis. Fol. ensiformia. Cor. flava. ♃

810. XANTHORRHÆA. *Cor.* infera, hexapetala, persistens. *Filam.* plana, nuda. *Caps.* triquetra. *Semina* bina, compressa, marginata.

1. *resinosa.* Hab. in Australia, s. N. Hollandia. Caud. lignosus resina flava scatens. Scap. longissimus, amento terminatus multifloro. Smith. in Act. soc. Lin. V. ♃

811. CONANTHERA. *Cor.* supera. *Petala* 6, reflexa. *Antherae* in conum acutum coalitae. *Caps.* oblonga, 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* pauca, subrotunda.

1. *bifolia*, pedunc. bifloris, fol. 2-radicalibus, lineari-ensiformibus. Flor. Peruv. 3. p. 68. t. 301. Bermudiana pulposa. Tew. 3. p. 8. pl. 3. Hab. in R. Chilens. collibus. Petal. violaceo-caerulea basi variegata. Bulb. 1-articulatus.

2. *Echeandia*, scapo simplici, fol. lanceolato-ensiformibus, petal. 3-exterioribus angustissimis, filam. glandulosis. Anthericum reflexum. Cor. ic. 3. p. 21. t. 241. Willd. II. p. 140. Echeandia terniflora Ortega dec. pl. p. 90. Hab. . . . Cor. lutea.

*Obs.* Hoc genus ad Syngenesiam-monogamiam potius transferendum.

812. ASPARAGUS. *Cor.* 6-partita, erecta: petalis tribus interioribus apice reflexis. *Bacca* 3-locularis, supera, polysperma. (Fol. fasciculata.)

1. *officinalis*, caule herbaceo erecto paniculato, fol. setaceis, flor. dioicis, pedunculis in medio articulatis. Lamarck. Encyclop. 1. p. 295. β Asparagus *maritimus*, humilior, divaricatus, griseus. Hab. in arenosis, sylvaticis.

2. *tenuifolius*, humilis, caule herbaceo ramosissimo folioso, flor. hermaphroditis, pedunc. longis sub flore nodosis. Lamarck. Enc. 1. p. 295. Bauh. pin. 594. Hab. in Galliae meridional. montosis et uliginosis.

3. *declinatus*, caule inermi tereti, ramis declinatis, fol. setaceis. L. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

4. *decumbens*, caule herbaceo inermi decumbente ramosissimo, ramis flexuosis, fol. setaceis, pedunc. solitariis terminalibus. Willd. p. 151. Jacq. Schoenb. 1. p. 71. t. 97. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

5. *crispus*, caule herbaceo debili tortuoso, ramis incurvis flexuosis subcrispis, flor. solitariis, pedunc. nudo. Lam. Enc. 1. p. 295. Hab. in ins. Franciae. ♄.

6. *flexuosus*, herbaceus inermis, caule flexuoso, fol. lanceolatis. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei.

7. *scandens*, herbaceus inermis volubilis, foliis lanceolatis falcatis. Thunb. prod. 63. Hab. ad Cap. b. spei.

8. *falcatus*, aculeis solitariis reversis,

ramis teretibus, fol. ensiformibus falcatis, pedunc. axillaribus 1-floris. Burm. zeyl. 36. t. 13. f. 2. Hab. in Zeylona. ♂

9. *racemosus*, aculeis solitariis, ramis striatis, fol. fasciculatis lineari-subulatis falcatis, racemis multifloris axillaribus. Willd. Hab. in India orientali. Flor. parvi et pedunc. bracteis oblongis suffulti. W. ♄

10. *retrofractus*, aculeis solitariis, ramis teretibus reflexis retrofractisque, fol. setaceis fasciculatis. Pluk. amalth. 40. t. 375. f. 3. Hab. in Africa. ♄

11. *aethiopicus*, aculeis solitariis reversis, ramis angulatis, fol. lanceolato-linearibus. Mant. 63. Hab. ad Cap. b. spei. Rami flexuosi, angulati. ♄

12. *asiaticus*, aculeis solitariis, caule erecto, ramis filiformibus, fol. fasciculatis setaceis. L. Pluk alm. 45. t. 15. f. 4. Hab. in Asia? ♄

13. *albus*, aculeis solitariis, ramis angulatis flexuosis, fol. fasciculatis triquetris muticis deciduis. L. A. aculeatus, spinis horridus. Bauh. pin. 590. Moris. s. 1. t. 1. f. 3. Hab. in Lusitania, Hispania et Barbaria. Turiones edules sunt. Caul. albus. ♄

14. *acutifolius*, caule inermi angulato fruticoso, fol. aciformibus rigidulis perennantibus mucronatis aequalibus. L. Mill. dict. n. 3. Sauv. monsp. 45. Hab. in Lusitania, Hispania, Monspelii et Oriente. Turiones quoque comeduntur. ♄

15. *subulatus*, frutescens inermi, ramis retroflexis, foliis teretisubulatis. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

16. *dependens*, fruticosus aculeatus, ramis reflexis, fol. subulatis. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

17. *horridus*, aphyllus fruticolus pentagonus, acul. tetragonis compressis striatis. Lin. suppl. p. 203. Cavan. ic. 2. p. 30 t. 136. Desf. atl. 1. p. 307. Hab. in Hispania et Barbariae arvis. Sequentis var.? ♄

18. *aphyllus*, caule inermi angulato fruticoso, fol. subulatis striatis inaequalibus divergentibus. Moris. s. 1. t. 1. f. 2. A. phyllacanthus. Lam. enc. 1. p. 296. Hab. in Sicilia, Hispania, Lusitania et Barbaria, ad littora maris.

19. *lanceus*, aculeis solitariis, fol. lanceolatis subfalcatis, pedunc. axillaribus solitariis. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

20. *capensis*, spinis quaternis, ramis aggregatis teretibus, fol. setaceis. L. Pluk. alm. t. 78. f. 8. Hab. ad Cap. b. spei. Spinae ternae. Lam.

21. *sarmentosus*, fol. solitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recurvis. Flor. zeyl. 124. Mill. dict. n. 11. Hab. in Zeylona. ♄

22. *verticillaris*, fol. verticillatis. L. A. orientalis, fol. gallii. Tournef. Buxb. cent. 5. app. 47. t. 37. Hab. in Oriente. ♃

813. DRACÆNA. *Cor.* 6-partita, erecta. *Filam.* medio subcrassiora. (L.) aut simplicia. *Bacca* 3-locularis, 1-sperma.

1. *Draco*, arborea, fol. subcarnosis apice spinosis. Lin. Willd. Sp. p. 155. Blackw. t. 358. Draco arbor. Habitat in India orientali. ♄

2. *marginata*, fol. angustis planis acutis confertis terminalibus, margine purpureis. Lam. enc. 2. p. 324. Hab. ad Madagascar. Priori affinis.

*Obs.* Non est D. marginata. Ait. quae nunc dentata nominatur.

3. *indivisa*, arborea, fol. ensiformibus acutis, racemo laterali composito. Forst. escul. n. 33. Hab. ad portum obscuram N. Zeelandiae. ♄

4. *umbraculifera*, arborea, fol. ensiformibus acuminatis, panicula terminali densissima subsessili. Jacq. Schoenb. 1. p. 50. t. 95. Hab. culta in insula Mauritii. ♄

5. *australis*, arborea, fol. ensiformibus acutis, racemo terminali erecto supradecomposito. Forst. prod. n. 151. Hab. in N. Zeelandia. ♄

6. *cernua*, arborea, fol. lanceolatis suboblique-flexis, panicula dependente divaricata. Willd. p. 157. Schoenb. 1. p. 50. t. 96. Hab. in insula Mauritii. ♄

7. *ferrea*, arborea, fol. lanceolatis acutis. L. Hab. in China. Fusco-purpurea. ♄

8. *dentata*, fruticosa, fol. dentato-spinosis, racemis axillaribus, baccis polyspermis. Ait. Kew. 1. p. 454. D. *marginata*. Aloe purpurea. Lam. enc. 1. p. 85. Plant. grass. ic. Genus forte intermedium inter

aloem et dracaenam. Fol. non succulenta. Hab. in insula Bourbon. ♄

9. *terminalis*, arborescens, fol. lanceolatis petiolatis, ramis paniculae patentissimis. Lam. l. c. Willd. II. p. 154. Jacq. ic. 2. t. 448. Collect. 2. p. 357. Rumph. 4. t. 34. Hab. in India, China. Fol. fere cannae. Rad. contra diarhaeam. Demum purpurascens.

10. *reflexa*, fol. ensiformibus supra basin angustatis: inferioribus reflexis, flor. pedicellis longioribus. Lam. enc. 2. p. 327. Cordyline. Commers. Rumph. 7. t. 35.? Hab. in ins. Mauritania. Filam. non incrassata? Bacca flava.

11. *mauritiana*, suffruticosa, fol. ensiformibus, scapo sarmentoso alterne paniculato, flor. pedicellis aequantibus. Lam. p. 325. Hab. in insula Borbonia. Fol. iridea.

12. *striata*, frutescens erecta, fol. lanceolatis oblique falcatis striatis, caule flexuoso. Lin. suppl. 204. Asparagus striatus. Thunb. prod. 65. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

13. *undulata*, herbacea caulescens erecta, fol. ovatis acutis multinerviis, flor. axillaribus pedunc. Lin. suppl. 204. Asparagus undulatus. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei.

14. *erecta*, herbacea caulescens erecta, fol. lanceolatis subulatis subsessilibus. Lin. suppl. 204. Asparagus erectus. Thunb. prod. 65. Hab. ad Cap. b. spei.

15. *borealis*, herbacea subcaulescens, fol. ellipticis subplicatis. Ait. Kew. 1. p. 454. t. 5. Andner. t. 206. Filam. simplicia. Hab. in sinu Hudsonis et Canada. ♃

16. *graminifolia*, herbacea acaulis, fol. linearibus. L. Hab. in Asia. Statura Antherici Phalangii. Fol. valde striata. Flor. ad singulos dentes racemi 4 s. 5, quasi e gluma prodeunt. L. Filam. incrassata.

814. DIANELLA. *Cor.* aperta. *Filam.* apice tumida s. incrassata. *Bacca* 3 locularis: loculis 4-5-spermis.

1. *nemorosa*. Lam. enc. 2. p. 276. Les Liliacées. t. 1. Jacq. Schoenb. 1. p. 49. t. 94. Rumph. 6. t. 73. Dracaena ensifolia. Lin. Willd. Sp. II. p. 158. Hab. in Indiae nemorib. Fol. iridea. Flor. paniculati, atrovirentes. Bacca amethystea.

815. CORDYLINE. *Cor.* externe pubescens. *Filam.* simplicia, basi corol. inserta. *Stigm.* subincrassatum. *Bacca* (turbinata) 1-locularis.

1. *hemichrysa*. Commers. Dianella hemichrysa. Lam. Hab. in insula Borboniae, supra arbores et saxa. Fol. radicalia subtus flava et pubescentia. (Ex. observat. cel. du Petit-Thouars.)

816. SANSEVIERA. *Cor.* infera, monopetala; tubo filiformi, limbo 6-partito, revoluto. *Stam.* limbo inserta. *Bacca* 1-sperma.

1. *guineensis*, fol. lanceolatis planiusculis uniformibus, stylo staminibus duplo longiore, bracteis tubo corollae triplo brevioribus, flor. sessilibus. Willd. Sp. II. p. 159. Thyrsiflora. Thunb. prod. 65. Aletris hyacinthoïdes β guineensis L. Jacq. hort. 1. p. 63. t. 84. Aloe guineensis, radice geniculata, fol. ex viridi et atro undulatim variegatis Comm. hort. 2. p. 39. t. 20. Hab. in Guinea. Bacca lutea. ♃

2. *zeylanica*, fol. glabris oblongis acutis lanceolatis canaliculatis, stylo longitudine staminum, bracteis pedunculi longitudine. Willd. Salmia spicata, fol. rigidis canaliculatis maculatis, flor. spicatis. Cav. ic. 3. p. 24. t. 246. Liriope spicata. Loureiro cochin. p. 248. Com. hort. 2. p. 21. t. 21. Hab. in Zeylonia. Fol. carnosis minor. ♃

3. *lanuginosa*, fol. nervosis; nervis lanuginosis, inferioribus oblongis, reliquis linearibus, stylo staminum longitudine, pedunc. ebracteatis. Willd. p. 160. Salmia ebractea. Cav. l. c. Rheed. 11. p. 38. t. 42. Hab. in Indiae arenosis. ♃ †

817. CONVALLARIA. *Cor.* 6-fida (varia). *Bacca* maculosa, 3-locularis, supera.

* *Cor. campanulatis.*

1. *majalis*, scapo nudo semicylindrico, fol. ovatis. Willd. Sp. II. p. 160. Flor. dan. t. 854. Hab. in montosis sylvaticis. ♃

2. *japonica*, scapo nudo ancipiti, flor. racemosis secundis, fol. linearibus gramineis, scapo triplo longioribus. Lin. suppl. 204. Kaempf. amoen. 823. ic. Hab. in Japonia.

3? *spicata*, scapo nudo, racemo spicato, flor. aggregatis. Thunb. jap. 141. Hab. in Japonia. Cor. subglobosa violacea. Fruc. obscurus. Thunb. ♃ †

** POLYGONATUM, *cor. infundibuliformibus.*

4. *verticillata*, foliis verticillatis. L. Flor. dan. t. 86. Engl. bot. t. 128. Hab. in sylvaticis, montosis, praecipitiis. ♃

5. *Polygonatum*, fol. alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunc axillaribus subunifloris. Flor. dan. t. 377. Engl. bot. t. 280. Hab. in nemorosis, rupibus. Flor. gemini, in apice caul.

6. *multiflora*, fol. alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunc. axillaribus multifloris. Flor. dan. t. 152. Engl. bot. t. 279. Hab. in Europae et Americae boreal. s. ..is montosis. Flor. 3-ni aut subquini apice bini.

7. *latifolia*, fol. alternis amplexicaulibus acuminatis, caule angulato, pedunc. axillaribus multfloris. Jacq. austr. 3. t. 232. Hab. in Austriae, Bavariae, Pannoniae sylvis. ♃

* *dichotoma*, fol. cordatis amplexicaulibus, caule ramoso dichotomo. Cres. in montibus Gebennicis procul Monspelium. Thibaud. Ulterius examinandum an constans sit species. Differentia ex unico specimine eruta est.

8. *umbellulata*, fol. radicalibus oblongo-ovalibus, scapo radicali nudo pubescente umbellula terminali multiflora. Michaux. Flor. 1. p. 202. Hab. in montibus alleghanis. Flor. odorati, albi aut intus purpureo-maculati. ♃

*** MAJANTHEMUM, *corol. rotatis.*

9. *racemosa*, fol. sessilibus, racemo terminali composito. L. Moris. s. 13. t. 4. f. 9. Hab. in Virginia, Canada, et Carol. montibus.

10. *stellata*, fol. alternis amplexicaulibus, racemo terminali simplici. Moris. s. 15. c. 4. f. 7. Hab. in Canada. Flores saepius tetrandi. W. ♃

11. *trifolia*, pumila fol. amplexicaulibus ovali-lanceolatis ternis, racemo terminali simplici. Michaux. 1. p. 202. Gmel. sibir. 1. p. 36. t. 6. Hab. in Sibiriae sylvis et in rupibus à sinu Hudsonis ad Quebec. ♃

12. *bifolia*, fol. cordatis, flor. tetrandris quadrifidis. Flor. dan. t. 291. Michaux. Flor. 1. p. 201. Hab. in Europae et Americae borealis sylvis. Fol. 2-3, interdum oblongo-ovalia. ♃

818. LAPAGERIA. *Cor.* 6-petala, basi trigona. *Petala* 3-interiora latiora, subunguiculata. *Antheræ* erectæ. *Stigm.* clavatum. *Bacca* supera 1-locularis, polysperma. *Sem.* receptaculo triplici, per parietes, decurrenti affixa.

1. *rosea*, fol. ovato-lanceolatis quinquenerviis. Flor. Peruv. 3 p. 65. t. 297. Hab. in regn. chilensis sylvis. Fruticosa, scandens. Cor. magna, rosea aut roseo-punicea intus punctis albis distincta. ♄

*Obs.* Hoc genus (dicunt auctores Flor. Peruv.) dicatum est *Joseph. Lapageriae*, lectissimae feminae, Nap. Bonaparte uxori dignissimae, botanices et hist. naturalis *Fautrici* egregiae.

819. LUSURIAGA. *Cor.* infera, 6-petala. *Petala* 3-exteriora angustiora. *Filam.* receptaculo inserta. *Antheræ* erectæ, sagittatæ. *Stigma* 3-angulare. *Bacca* trilocularis: dissepimentum membranaceum. *Semina* bina: 1-passim abortiente.

1. *radicans*, fol. lanceolatis obliquis. Flor. Peruv. 3. p. 66 t. 298. Hab. in regn. chilens. sylvis. Petala et genitalia albido-lutescentia punctis et lineis rubris variegata.

820. CALLIXENE. *Cor.* 6-petala: petalis alternis basi biglandulosis. *Filam.* basi latiora. *Anth.* versatiles. *Stigm.* 3-gonum. *Bacca* supera, 3-locularis, polysperma.

1. *marginata.* Lam. ill. t. 278. Enargea marginat. Gaertn. de sem. 1. p. 203. t. 59. f. 3. Willd. Sp. II. p. 230. Hab. in freto Magellanico. Suffrut. inferne nodosus aphyllus. Flor. solitarii terminales. Fol. margine tumida.

821. PHILESIA. *Cor.* 6-petala: petalis 3-interioribus longioribus. *Filam.* basi connata. *Anth.* lon-

gæ, versalites. *Stigm.* 3-lobum. *Bacca* subtrigona, polysperma.

1. *buxifolia.* Willd. p. 231. Lam. ill. t. 248. Habit. cum priore genere. Ramuli flexuosi. Flor. revoluta. Cor. magna. ♄

822. HERRERIA. *Cor.* infera, 6-partita. *Stigm.* 3-gonum. *Caps.* triquetroalata, 3-locularis, 3-valvis: valvulæ septiferæ. *Sem.* margine membranaceo cincta.

1. *stellata*, caul. volubili aculeato, fol. radiatis lineari-ensiformibus. Flor. Per. 3. p. 69. t. 303. f. a. Salsa Few. 2. p. 716. pl. 7. Hab. in R. Chilens. sylvis. Cor. lutescens, odora. ♄

823. RIPOGONUM. *Cor.* 6-partita, minima. *Antheræ* longæ, tetragonæ, subsessiles. *Bacca* globosa, 2-sperma. *Sem.* hemisphærica.

1. *scandens.* Forst. N. Gen. pl. ic. Hab. in Australia.

824. FLOSCOPA. *Cal.* 3-fidus inferus pilosus (Cor. petal. 3-exteriora?). *Petala* 3, ovata. *Caps.* 2-locularis, 1-sperma.

1. *scandens*, caul. scandente, fol. lanceolatis, flor. fastigiato. Loureiro Cochin. 1. p. 238. (Ed. Willd.) Hab. in montibus Cochinchinae. Flor. parvus, dilute violaceus. ♄

825. ONCUS (Oncorhiza). *Cal.* 2-phyllus inferus. *Cor.* 6 fida, campanulata. *Bacca* 3-locularis.

1. *esculentus*, scandens, fol. cordatis subrotundis, spic. laxis. Lour. l. c. p. 240. In Cochinchinae sylvis. Rad. tuber maximum (unde nomen) farinosum, edule. Dioscoreae affine genus.

826. POLYANTHES. *Cor.* infundibuliformis incurva. *Filamenta* fauci inserta. *Germen* in fundo corollæ.

1. *tuberosa*, flor. alternis geminis, radiculis tuberosis, scapo squamoso, fol. linearibus longiorib. Flor. Peruv. 3. p. 66. Willd. Sp. II. p. 164. Amica nocturna. Rumph. 5. t. 98. Hab. sponte in Java et Peruv. Odor flor. gratus.

2. *pygmaea*, fol. oblongo-ovatis scapo longioribus. Willd. p. 165. Jacq. ic. rar. 2. t. 380. Collect. suppl. 56. Hab. ad Cap. b. spei. Planta simillima Agapantho ensifolio, quocum forte proprium format genus. W. ♃

827. DRIMIA. *Cor.* infera campanulata 6-fida, laciniis revolutis. *Stam.* corollæ inserta. *Stigma* capitatum.

1. *ciliaris*, fol. sublinearibus ciliatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 377. Collect. suppl. p. 41. Hab. in Cap. b. spei, cum sequentibus. Flor. albi.

2. *elata*, fol. lanceolato-linearibus glabris glaucescentibus scapo duplo brevioribus. Jacq. ic. rar. 2. t. 373. Collect. sup. 38. Cor. externe virescens.

3. *pusilla*, fol. lanceolatis glabris basi canaliculatis, floribus erectis. Willd. Sp. p. 165. D. fol. lanceolato-linearibus glabris, scapum aequantibus. Jacq. ic. rar. 2. t. 374. Collect. suppl. 42. Cor. virescentes uti in sequente.

4. *undulata*, fol. lineari-lanceolatis glabris undulatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 376. Collect. suppl. 41. Hyacinthus revolutus. Thunb. prod. 64? Hab. ad Cap. b. spei. ♃

5. *media*, fol. lineari-subulatis semiteretibus. D. fol. subulatis antice subcanaliculatis glabris. Jacq. ic. rar. 2. t. 375. Coll. suppl. 40.

*Obs.* Totum genus ab Hyacinthis non satis distinctum est; insertio staminum enim in diversis speciebus Hyacinthi variat. Willd. p. 166.

828. HYACINTHUS. *Cor.* erecta campanulata aut subrotunda 6-fida, passim 6-partita: laciniis æqualibus. (Pori 3-melliferi germinis. Lin.) *Stam.* cor. medio inserta. *Caps.* loculi subbispermi.

* *Corolla 6-partita.* (Scylloïdei.)

1. *Non scriptus*, racemo cernuo: cor. campanulatis sexpartitis apice revolutis. L. Blackw. t. 61. Scilla nutans. Smith. brit. 1. p. 366. Engl. bot. t. 377. Hab. in Angliae, Galliae, Hispaniae, Italiae nemoribus, vere.

β. *cernuus*, minor, cor. campanulatis

sexpartitis (incarnatis) racemo cernuo. L. H. hispanicus. Clus. hist. 1. p. 177. Hab. in Hispania. Cor. huic basi ventricosior, praecedenti vero minime. L. ♃

2. *convallarioïdes*, cor. campanulatis sexpartitis, fol. subulatis. Willd. p. 168. Lin. suppl. p. 204. Jacq. Schoenb. 1. p. 42. t. 81. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. lutei.

3. *brevifolius*, cor. sexpartitis, racemo cernuo, fol. scapo brevioribus. Thunb. prod. 63. Cum priore.

** *Corol. campanulata 6-fida.*

4. *amethystinus*, cor. campanulatis semisexfidis basi cylindricis. H. oblongo caeruleo flore, minor. H. minor hispanicus angustifolius. Hab. in Hispania, Russia. ♃

5. *orientalis*, cor. infundibuliformibus semisexfidis basi ventricosis. Hab. in Asia, Africa.

6. *flexuosus*, cor. campanulatis, racemo erecto, fol. linearibus scapo longioribus. Thunb. prod. 64. Hab. ad Cap. b. spei. †

7. *corymbosus*, cor. infundibuliformibus corymbosis erectis, scapo fol. breviore. L. Jacq. Collect. 3. p. 230. t. 19. f. 2. Hab. in Cap. b. spei pascuis. Folia linearia, angustissima, saepius tria. Scapus fol. brevior. Flor. purpurei.

8. *romanus*, cor. campanulatis semisexfidis racemosis, stam. membranaceis. L. Willd. p. 169. Lam. enc. 3. p. 192. Hab. in Italiae cultis et hortis. Cor. campanulatae (cylindrico-ovatae. Capell.) ultra medium sexfidae, albae. L. Transitum ad sequentem divisionem facit.

*** Muscari. *Corol. ovatis aut cylindricis brevi incisis.*

9. *maritimus*, fol. subulatis, racemo tereti, cor. cylindricis: summis coloratis sessilibus abortivis. Muscari. Desf. atl. 1. p. 388. Hab. ad maris littora prope veterem Carthaginem. Cor. fere H. comosi.

10. *parviflorus*, fol. subulato-feliformibus, racemo terminali brevissimi, flor. distinctis. Muscari parviflorus. Desf. l. c. p. 309. Cresc cum priore. Affinis. H. racemoso, sed flor. longe rarioribus et cor. superne latiorib. differt. D.

11. *Muscari*, cor. ovatis omnibus aequalibus. Hort. cliff. 126. Hab. in Asia.

12. *comosus*, cor. angulato-cylindricis: summis sterilibus longius pedicellatis erectis. L. In agris, passim in sylvis.

* *monstrosus*, flor. paniculatis monstrosis. L. Hort. cliff. 126. H. *paniculatus*, racemo paniculato sterile, pedunc. ramosis coloratis, cor. campanulatis basi acutis. Lam. enc. 3. p. 193. Moris. s. 4. t. 11. f. 2. Hab. in Italia (Paviae.)

13. *botryoïdes*, cor. globosis uniformibus, fol. canaliculato-cylindricis strictis. Scop. carn. nº. 424. Lob. ic. p. 108.

14. *racemosus*, cor. ovatis uniformibus confertis, summis sessilibus (sterilibus), fol. laxis dependentibus linearibus. Willd. p. 170. Jacq. austr. t. 187. Knorr. del. 1. t. T. 8. H. junciformis. Lam. l. c. p. 194. Hab. in Europa australi.

**** Zuccangnia. *Cor.* cylindrica. *Petala* tria exteriora longiora, lanceolato-setacea, saepe reflexa.

15. *viridis*, petal. exterioribus subulatis longissimis, fol. linearibus canaliculatis scapo longioribus. Lin. Jacq. ic. rar. 1. t. 66. Zuccangnia viridis. Thunb. Dis. N. genera pl. Pars. IX. Lachenalia viridis. Willd. Sp. II. p. 174. Hab. ad Cap. b. spei.

16. *lividus* (H. *serotinus*. L.), flor. secundis, petal. exteriorib. subdistinctis, interioribus coadunatis. L. Cav. ic. p. 18. t. 50. Lachenalia serotina. Willd. p. 175. Hab. in Hispania. Cor. fuscescens: pet. longitudine subaequalia. Flor. initio aestatis.

829. PHORMIUM. *Cor.* 6-petala, infera: petalis 3-interioribus longioribus. *Stam.* adscendentia, exserta. *Caps.* oblonga, triquetra. *Sem.* compressa.

1. *tenax*. Forst. gen. nº. 24. Cook. it. v. 2. t. 96. P. fol. plurimis, inflorescentia ramosa. Lin. suppl. 204. Hab. in N. Zeelandia. Fol. equitantia, ensiformia 2-3-pedalia. Incolae ex hac planta Lini speciem fabricant.

830. LACHENALIA. *Cor.* 6-petala, infera: petalis obtusis 3-interioribus longioribus. *Stam.* erecta. *Caps.* subovata, trialata. *Sem.* globosa.

1. *glaucina*, cor. campanulatis sessilib., petalis interioribus longioribus patulis obtusis, stylo staminib. longiore, fol. lineari-lanceolatis glabris. Willd. Sp. II. p. 172.

Jacq. ic. rar. 1. t. 391. Collect. suppl. 39. Hab. ad Cap. b. spei, cum. *sequentibus.* Petala exteriora glauco viridia, apicibus rubicundis, interiora albido-incarnata. Scap. immaculatus.

2. *orchioïdes*, cor. campanulatis sessilibus, stylo longitudine staminum fol. oblongo-lanceolatis margine cartilagineo-crenatis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 390. Collect. 3. p. 241. Phormium Hyacinthoides. Lin. suppl. 204. Scapus maculatus.

3. *pallida*, cor. campanulatis brevissime pedunculatis, scapo apice angulato fol. lineari-oblongis breviore. Willd. L. mediana. Jacq. ic. rar. 2. t. 392. Collect. 3. p. 242.

4. *hyacinthoïdes*, cor. campanulatis, fol. lineari-subulatis canaliculatis laxis scapo duplo longioribus. Willd. p. 173. Jacq. ic. rar. 2. t. 382. Collect. suppl. 58. Hyacinthus orchioides. Jacq. hort. vind. 2. t. 178. Petala tria exteriora, alba externe apice rubicunda et macula viridi notata, interiora alba emarginata.

5. *angustifolia*, cor. campanulatis, petal. interioribus longioribus, patulis obovatis obtusis, fol. lineari-subulatis canaliculatis laxis scapo longioribus. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 381. Collect. suppl. 47. Scapus rubro-maculatus. Petala alba patentia.

6. *contaminata*, cor. campanulato-cylindraceis, petalis interioribus lanceolatis obtusis erectis, fol. lineari-subulatis canaliculatis laxis scapo longiorib. Willd. p. 174. L. orthopetala. Jacq. ic. 2. t. 383. Collect. 3. p. 240. Fol. supra maculis obscure rubentibus adspersa.

7. *pusilla*, cor. cylindricis, stam. cor. longioribus, fol. elliptico-linearibus basi attenuatis scapo longioribus patulis. Willd. Jacq. ic. 2. t. 385. Collect. suppl. p. 71. Fol. rubro-maculata. Scapus vix ullus. Flor. albidi adpressi.

8. *patula*, fol. geminis lineari-lanceolatis canaliculatis pulposo-carnosis, ad medietatem erectis, dein reflexis, cor. campanulatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 384. Collect. 4. p. 149. Cor. alba, sub apice macula viridi et petal. interioribus ad apicem linea rubicunda notatis.

9. *fragrans*, fol. geminis lineari-lanceolatis planis maculatis scabris, scapo erecto, cor. pedicellatis subcampanulatis. Jacq. Schoenb. 1. p. 43. t. 82. Cor. candida.

10. *liliiflora*, fol. geminis ex oblongo lanceolatis dense facie pustulatis, scapo erecto tereti, cor. patenti-reflexis, petalis sublinearibus. Jacq. ic. 2. t. 387. Collect. suppl. 66. Cor. alba.

11. *pustulata*, fol. geminis lanceolato-linearibus pustulatis, scapo triquetro reclinato, flor. subcampanulatis subsessilib. Jacq. ic. rar. 2. 386. Coll. 3. p. 244. Cor. alba, apice viridis.

12. *purpureo-caerulea*, cor. campanulatis pedunculatis, petalis interioribus obtusis revolutis, stam. cor. longioribus, scapo apice angulato, fol. lanceolatis pustulatis. Willd. p. 177. Andrew. t. 251. Jacq. ic. 2. t. 388. Coll. suppl. 63. Scillam refert, odorata. Fol. erecta.

13. *unicolor*, fol. geminis lineari-lanceolatis, facie rariter pustulatis, scapo erecto tereti, cor. subcylindricis, petalis interioribus apice patulis, genitalib. declinatis. Jacq. ic. 2. t. 389. Coll. suppl. 61. Cor. violacea depressa.

14. *violacea*, fol. geminibus oblongis maculatis, scapo tereti adscendente, racemo erecto pedunculis patentissimis longitudine florum, flor. basi planis propendulis. Jacq. ic. 2. t. 394. Coll. 4. p. 147. Petala exteriora viridia, interiora violacea.

15. *purpurea*, fol. geminis lineari-lanceolatis immaculatis ad oras subtilissime cartilagineo-crenulatis, flor. pedunculatis patentissimis, cor. subcylindricis. Jacq. ic. 2. t. 393. Coll. suppl. p. 65. Hab. ad Cap. b. spei. Pet. exteriora alba, interiora atrosanguinea.

16. *lanceaefolia*, cor. subcampanulatis patentibus, pedunc. corolla triplo longioribus, petalis linearibus obtusis subaequalibus, fol. ovatis acuminatis. Willd. p. 178. Jacq. ic. 2. t. 402. Coll. suppl. 69. Fol. variegata, latissima. Scapi prostrati.

17. *unifolia*, cor. cylindraceis, pedunc. longitudine corollae, petalis interioribus longioribus obtusis inaequalibus, folio solitario lineari-lanceolato. Willd. L. folio unico canaliculato, racemo laxo. Jacq. Schoenb. 1. p. 43. t. 83. Scapus punctatus.

18. *hirta*, cor. campanulatis pedunculatis, fol. linearibus hirtis. Thunb. prod. 64. Hab. in Cap. b. spei aquosis. Fol. unicum basi late vaginans. Flor. racemosi, albo-caerulescentes.

19. *isopetala*, cor. cylindraceis pedunculatis, petalis linearibus obtusis subae-

qualibus, scapo apice angulato, fol. lanceolatis deflexis. Willd. p. 179. Jacq. ic. rar. 2. t. 401. Collect. suppl. 68. Cor. albae, apice atro-purpureae.

20. *tricolor* (*aloïdes*), cor. cylindraceis pedunculatis pendulis, petalis interioribus longioribus emarginatis, bracteis acutis, fol lanceolatis. Willd. p. 179. Phormium Aloides, fol. binis radicalibus supra fuscomaculatis. Lin. suppl. p. 205. Jacq. ic. rar. 1. t. 61. Les Liliacées. t. 2.

β ? *luteola*, fol. geminis elongato-lanceolatis subimmaculatis, scapo erecto, cor. propendulis cylindricis cum limbo petalorum interiorum patentissimis. Jacq. ic. 2. t. 395. Coll. 4. p. 148.

21. *rubida*, fol. patulis superne planis, cor. cylindraceis brevissime pedunculatis pendulis, petalis interioribus longioribus, stylo stam. longiore, fol. oblongis. Willd. p. 179. Jacq. ic. 2. t. 398. Coll. suppl. 60.

22. *tigrina*, fol. subgeminis, basi ad medietatem usque mutuo amplexantibus et convolutis, dein lanceolatis et patulis acutis maculatis, scapo erecto maculato, flor. cylindricis punctatis pendulis. Jacq. ic. 2. t. 399. Coll. suppl. 67. Willd. p. 180.

23. *punctata*, fol. geminis leneari-lanceolatis canaliculatis utrinque maculatis erectis, scapo erecto maculato paucifloro, flor. cylindricis incurvulis punctatis pendulis. Jacq. ic. 2. t. 397. Collect. 2. p. 323. Scapus rubromaculatus. Petala exteriora incarnata sanguineo-punctata, interiora albida rubropunctata apice flavescentia.

24. *pendula*, fol. ovato-oblongis, cor. cylindraceis, petalis tribus interioribus longiorib. integris, flor. pedunc. pendulis. Ait. Kew. 1. p. 461. Andrew. t. 41. Phormium bulbiferum. Cyrill. Neap. fasc. 1. t. 12.

β. *tricolor*, fol. immaculatis. Jacq. ic. 2. t. 400. Coll. 3. p. 239. Petal. exteriora rubra, interiora flavescentia apice violacea. Willd. L. pendula. Jacq.

25. *quadricolor*, fol. geminis lineari-lanceolatis maculatis, scapo erecto, cor. propendulis cylindricis cum limbo petal. interiorum patulo. Jacq. ic. 2. t. 396. Collect. suppl. 62. Andrew. t. 148.

831. LANARIA. *Cor.* supera, lanata, filamentis longior: limbo 6-partito, patulo. *Peric.* 3-loculare.

1. *plumosa*. Ait. Kew. 1. p. 462. Thunb. Argolasia. Juss. Hyacinthus lanatus, cor. lanatis, caule ramoso. L. Hab. ad Cap. b. spei. Scapus corymbosus.

832. VELTHEIMIA. *Cor.* tubulosa 6-dentata (pendula). *Stam.* tubo inserta. *Caps.* membranacea, trialata, loculis monospermis.

1. *viridifolia*, fol. lanceolatis plicato-undulatis obtusis, dentibus limbi rotundatis rectis. Willd. Sp. p. 181. Jacq. hort. Schoenb. 1. p. 41. t. 78. Aletris capensis. L. Hab. ad Cap. b. spei, uti sequentes.

2. *glauca*, acaulis, fol. lanceolatis glaucis, flor. nutantibus, limbo patente. Ait. Kew. 1. p. 463. Jacq. Schoenb. 1. p. 40. t. 77.

3. *sarmentosa*, acaulis, fol. ensiformibus laxis, flor. spicatis, radicibus sarmentosis. Aletris. Andrew. t. 54. Flor. nutantes rubentes, apice pallescunt. Flor. hyeme.

4. *Uvaria*, acaulis, fol. ensiformibus canaliculatis carinatis. L. sub Aletris. Knorr. del. 1. t. A. 13. Seb. thes. 1. p. 29. t. 19. f. 3. Flor. coccinei.

5. *pumila*, scapo breviore fol. linearibus acute carinatis. Ait. Kew. 1. p. 464. sub Aletris.

833. ALETRIS. *Cor.* infundibuliformis, subsexfida rugosa. *Filam.* laciniarum basi inserta. *Caps.* semiinfera, superne cal. marcido vestita, 3-locularis, polysperma.

1. *farinosa*, acaulis, fol. lanceolatis membranaceis, flor. alternis. Willd. II. p. 183. A. *alba*, flor. pedicellatis oblongo-tubulosis, cal. fructus laeviusculis farinosis. Michaux. Flor. 1. p. 190. Hab. in in Amer. septentrionali.

2 ? *fragrans*, caulescens, fol. lanceolatis. L. Hab. in Africa. Caul. 10-12-pedalis. Flor. sordide albi circa vesperam durante nocte explicati fragrantissimi. Fl. Maj. Jun. ♄

3. *aurea*, flor. subsessilibus breviter tubulatis subcampanulatis, cal. fructus rugosis scaberrimis. Michaux. Hab. in Carol.

*Obs.* Synonyma Plucknetii et Morisoni a Linnaeo ad Heloniam *bullatam* relata, huc pertinent. Michaux. l. c. p. 190.

834. YUCCA. *Cor.* campanulato-patens. *Stylus* nullus. *Caps.* 3-6-locularis, apice pertusa.

1. *gloriosa*, fol. lanceolatis latiusculis integerrimis. L. Willd. Sp. II. p. 183. Michaux. Flor. 1. p. 196. Barr. rar. 70. t. 1194. Hab. in Canada, Peru, et Carolinae littoralibus.

2. *aloïfolia*, arborescens, fol. lineari-lanceolatis crenulatis strictis. L. Dill. elth. t. 324. f. 416. Hab. in Jamaica, Vera Cruce, Carolina, etc.

3. *draconis*, arborescens, fol. crenatis nutantibus. L. Dill. elth. 437. t. 324. f. 417. Hab. in America. ♄

4. *filamentosa*, acaulis, fol. lanceolatis serrato-filiferis. L. Trew. Ehret. sel. t. 37. Hab. in Virginiae et Carolinae littoribus. ♄

835. ALOE. *Cor.* tubulosa, ore subsexfido patulo, fundo nectarifero. *Filam.* receptaculo inserta. *Caps.* supera, 3-locularis, 3-valvis, polysperma. *Sem.* biserialia margine membranaceo. (Flor. ore nunc recto, nunc labiato. Fol. carnosa. s. succulenta crassa.)

1. *dichotoma*, caule dichotomo, fol. ensiformibus serratis, flor. paniculatis, stam. cor. ovata longioribus. Willd. Sp. pl. II. p. 184. A. ramosa. Lin. suppl. 206. Patters. iter. t. 3. 4. 5. Thunb. Diss. de Aloë. n°. 1. Hab. in monte Bockland. Cap. b. spei. ♄

2. *spicata*, caulescens, fol. planis ensiformibus dentatis, flor. spicatis campanulatis horizontalibus. Thunb. Diss. n°. 2. Lin. suppl. p. 205. Hab. in Cap. b. spei interioribus regionibus. Ex hujus succo optima Gumma-resina Aloës paratur. Th. ♄ †

3. *umbellata*, caulescens, scapo nudo, fol. crassis maculatis margine spinosis, flor. racemoso-umbellatis. Plant. grasses, cum. ic. et descr. A. *maculosa.* Lam. enc. 1. p. 87. A. perfoliata. Lin. Var. ad Cap. b. spei cum omnibus fere speciebus. Flor. majusculi, rubri.

4. *fruticosa*, caulescens, fol. amplexicaulibus reflexis subrecurvis longis margine spinosis. A. arborescens. Plant. grass. ic. Mill. dict. n°. 3. Lam. l. c. Scap. bract. obtectus. A. *cornes de belier. Gall.* fol. formam non male exprimit.

5. *ferox*, caul. arborescente, fol. perfoliatis undique spinosis, staminib. cor. duplo longioribus. Plant. grass. ic. Lam. l. c. n°. 7. Com. prael. t. 19. A. perfoliata S. Act. Flor. spicati densi, parvuli, bract. setaceis suffulti.

6. *rhodacantha*: caulescens, fol. patulis amplexicaulibus margine rubris spinosis, scapo bract. magnis confertis obtecto. Plant. grass. Specium. Phit. ic. 71. Flor. subspicati, primo erecti.

7. *mitraeformis*, caulescens, fol. crassis margine spinosis inferne adpressis spinulosis, racemis umbellatis. Plant. grass. Lam. n°. 8. Dill. At. t. 17. f. 19. Scap. subramosus, bracteatus. Var. fol. conniventibus et patulis.

*Obs.* Antecedentes et nonnullae sequentes plerumque ut varietates A. *perfoliatae* habitae sunt quare nomen ipsum supprimendum duxi.

8. *succotrina*, caul. fruticoso, fol. oblongo-ensiformibus submaculatis, margine cartilagineo spinoso. Plant. grass. ic. Lam. enc. 1. p. 85. Trew. t. 333. A. perfoliata, succotrina. Ait. Kew. 1. p. 466. Scap. bracteatus. Flor. penduli, rubri apice virescunt.

9. *vera* (*rubescens*), caul. brevi, fol. amplexicaulibus patulis lanceolatis, margine spinoso ex viridi purpurascentibus scapo compresso ramoso bracteis minutissimis. A. *rubescens.* Plant. grass. ic. A. vera. Lam. l. c. n°. 4. Hab. in Indiis. Flor. parvuli rubri.

10. *vulgaris* (*flava*), fol. patulis lanceolatis margine spinosis, scapo ramoso, ramis bract. duplici amplexis. Plant. grass. ic. Lam. l. c. n°. 3. p. 86. A. barbadensis. Mill. Act. p. 466. Hab. in India. Flor. majusculi, flavescunt.

* *abyssinica*, fol. lanceolatis patulis durinsculis submaculatis, margine spinisque rubris. Lam. l. c. n°. 5. A. vulgaris. β. Plant. grass. A. maculata vera. Forsk. Arab. p. 73. Hab. in Abyssinia.

11. *picta*, caulescens, fol. ensiformibus dentatis pictis patentibus, flor. racemosis reflexis cylindricis. Thunb. Diss. n°. 4. Thunb. prod. 61. Plant. grass. ic. Fol. margine spinosa, maculata. Flor. obscure rubri, spicati.

12. *sinuata*, caulescens, fol. ensiformibus sinuato-serratis reflexis, floribus

racemosis erectis cylindricis. Thunb. Diss. nº. 5. Thunb. prod. 61. A. barbadensis mitior laete virens et splendens. Dill. elth. p. 23. t. 19. f. 20. Caul. spithamaeus flexuoso-erectus inaequalis. Thunb. †

13. *humilis*, acaulis, scapo bracteato, fol. trigonis subulatis aculeatis, flor. racemosis reflexis, cylindricis. Thunb. Diss. nº. 6. Les Plant. grass. ic. Flor. longi, rubri apice virides.

14. *arachnoïdes*, acaulis, fol. cespitosis glaucescentib. trigonis cuspidatis ciliatis, flor. subspicatis erectis cylindricis. Thunb. Diss. nº. 7. Thunb. prod. 61. Plant. grasses. ic. Cor. labiata, albicans. Hab. ad Cap. b. spei in Carro juxta Swartkops Zoutpan. ♄

15. *atrovirens*, fol. caespitosis patulis brevibus apice trifariis: angulis spinosis, lateribus subtuberculatis. Plant. grass. ic. A. arachnoïdes. β. Thunb. Willd. p. 188. Cor. fuscescens sublabiata.

16. *brevifolia*, fol. caespitosis brevissimis glaucis apice trigonis, margine spinosis, scapo bract. numerosis. Plant. grass. ic. A. perfoliata. S. Lin. Comm. Nar. t. 45. Aloës artichaut. Gall. Flor. congesti penduli rubri.

17. *Serra*, caulesc., fol. caespitosis patulis margine spinosis: spinis inferioribus approximatis coalitis; superioribus remotis, medio subspinosis, scapo dense bracteato. Plant. grass. ic. Flor. rubri.

β? *verrucosa*, acaulis, fol. ensiformib. acutis papillosis distichis, flor. racemosis reflexis clavatis. Ait. Kew. 1. p. 468. Comm. hort. 2. p. 17. t. 9. A. carinato. β. *ensiformis*, fol. ensiformibus planiusculis. Plant. grasses.

18. *carinata*, acaulis, fol. subdistichis acinaciformibus papillosis, flor. racemosis cernuis curvatis. Ait. Kew. 1. p. 469. Plant. grass. ic. Dill. elth. 22. t. 18. f. 20. Flor. basi ventricosi rubri, apice virides.

19. *maculata*, acaulis, fol. linguaeformibus glabris pictis, floribus racemosis cernuis curvatis. Thunb. Diss. nº. 10. Thunb. prod. 5. Hab. ad Cap. b. spei in Hautniquas montibus. ♄ †

20. *Linguaeformis*, caulinis, fol. linguaeformibus subdenticulatis glabris distichis, flor. racemosis erectis cylindricis. Thunb. Diss. nº. 11. Thunb. prod. 61. Ait. Kew. 1. p. 469. Lin. suppl. 206.

β. *disticha*, flor. racemosis pendulis ovato-cylindricis curvis. L. Linguaeformis. Plant. grass. ic.

21. *plicatilis*, subacaulis, fol. linguaeformibus inermibus laevibus distichis, flor. racemosis pendulis cylindricis. Ait. Kew. 1. p. 470. Plant. grasses. ic. Curt. mag. t. 457. Flor. rubri, suberecti.

22. *variegata*, subacaulis, fol. trifariis pictis canaliculatis, angulis cartilagineis, flor. racemosis cylindricis. Thunb. Diss. nº. 12. Plant. grass. ic. Hab. in Aethiopiae argillosis. Flor. longi, subcurvi, penduli, rubelli. Fol. maculis albis variegata.

23. *viscosa*, subcaulescens, fol. imbricatis trifariis ovatis, flor. racemosis cernuis subbilabiatis. Plant. grass. ic. A. africana erecta triangularis et triangulari fol. viscoso. Com. prael. 82. t. 31. Dill. elth. 15. t. 13. f. 13. Hab. in Cap. b. spei campestrib. Fol. in cultis saltem non viscosa. Cor. acuminata. ♄

24. *rigida*, subcaulescens, fol. inermibus, superioribus subspiralibus, patulis rigidis acuminatis. Plant. grass. ic. Cor. bilabiata albido-virescens. Fol. superiora quoad iconem, rubescunt.

25. *spiralis*, subcaulescens, fol. ovatis, octofariis imbricatis, flor. racemosis recurvis. Thunb. A. *spiralis*, subcaulescens, fol. inermibus ovato-acutis imbricatis octofariis, flor. cylindricis obtusis transverse rugosis. Plant. grass. ic.

26. *margaritifera*, acaulis, fol. subtrigonis acuminatis, tuberculis cartilagineis undique adspersis. Mill. dict. nº. 14. Plant. grass. ic. Aloë *pumila*. Lin. cum varietatib. Flor. erecti? (cernui Ait.) albi subbilabiati. Quoad magnitudinem variat. vid. Willd. p. 188.

27. *retusa*, acaulis, fol. quinquefariis deltoideis. Thunb. prod. 61. Plant. grass. ic. Cor. albicans bilabiata: labio inferiore revoluto. Fol. apice depresso-triquetra. Hab. in Africae argillosis. ♄

836. AGAVE. *Cor.* erecta supera tubulosa aut infundibuliformis. *Filam.* cor. longiora, erecta. *Caps.* (infera) triangularis, polysperma. (Caps. situ a praecedente genere differt.)

1. *americana*, acaulis, fol. dentato-spinosis, scapo procero, staminib. corolla longioribus, stylo staminibus longiore. Lin.

Willd. Sp. II. p. 192. β. Aloë *variegata*, folior. margine luteo. Hab. in America calidiore. Hodie ab ea sepes in Lusitania, et Helvetia. In vario usu apud Peruvianos est; vid. Flor. Peruv. 3. p. 66. Ex foliis fila et papyrus praeparari possunt.

2. *vivipara*, acaulis, fol. dentatis, scapo ramoso, tubo corollae medio angustato, staminibus corollam aequantibus Willd. Comm. prael. 65. t. 15. Rumph. 5. t. 94. Hab. in America. Panic. bulbifera. Fol. dilatata. ♄

3. *virginica*, acaulis herbacea, fol. cartilagineo-serratis, scapo simplissimo. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 378. Collect. 2. p. 261. Hab. in Virginia. ♃

4. *lurida*, subcaulescens, fol. dentato-spinosis, scapo ramoso, stylo staminibus breviore. Hab. in America meridionali. Simillima A. americanae, cor. virescens nec lutea.

5. *tuberosa*, caulescens, fol. dentato-spinosis, rad. tuberosa. Ait. Kew. 1. p. 472. Mill. dict. n°. 4. β. spinis duplicibus. Hab in America. ♄ †

† FURCRAEA. *Cor.* campanulata, 6-partita, supera. *Stam.* glandulae inserta, deorsum incrassata, compressa, apice subulata. *Caps.* infera trilocularis, trivalvis, polysperma.

6. *faetida*, caulescens, fol. integerrimis. L. Furcraea gigantea. Vent. in Bull. Philom. n°. 28. Plantes grasses. ic. Jacq. ic. rar. 2. t. 339. Collect. 2. p. 312. Panic. ampla, multiflora. Cor. albido-virescens. ♄

7. *odorata*, acaulis, fol. ciliato-spinosis. Agave cubensis. Jacq. amer. Ed. pict. t. 260. f. 25. Willd. p. 193. A. *mexicana*. Lam. enc. 1. p. 52. Hab. in Ins. Cuba et Mexico.

*Obs.* Ob Corol. *hexapetalam* (quae odorem spirat gratum) et filam. (ex Jacquino) basi obovata, compressa, omniumque crassissima, desinentia in superiorem partem subulatam, hanc speciem huic divisioni, s. generi diverso? adnumeravi.

837. ALSTROEMERIA. *Cor.* 6-petala campanulata, aut subbilabiata: petalis 2-inferioribus basi semi tubulosis. *Stam.* declinata, aut erecta. *Stigm.* 3, linearia. *Caps.* subrotundo-ovalis, 3.6-angularis, 3-valvis, aut intus pulposa non dehiscens. *Sem.* plura, globosa. (Flor. umbellati. Fol. saepius ob petiolos contortos resupinata.)

* *Caul. erecto aut assurgente.*

1. *peregrina*, caul. erecto-assurgente, fol. lineari-lanceolatis contortis, flor. 2-6. petal. exteriorib. obcordatis acuminatis. Flor. Peruv. 3. p. 58. t. 288. Jacq. hort. t. 50. Curt. mag. t. 139. Willd. Sp. II. p. 194. Hab. in Peruviae et chilensis collibus, praeruptis, maritimis arenosis et glareosis. Rad. tuberoso-pendula longissima.

*Obs.* Vox Pelegrina ab Hispanis in regno Peruviano usitata, significat flos superbus. Willd. l. c. vulgo *Peregrina* non Pelegrina appellatur. Flor. Per. l. c.

2. *Ligtu*, caule erecto, fol. spathulato-oblongis, pedunc. umbellae involucro longioribus, cor. bilabiata. Lin. suppl. 207. A. *Ligta*, caul. erecto, fol. lanceolato-linearibus flor. umbellatis, petal. subconformibus. Flor. Per. p. 59. Tew. obs. 2. pl. 4. Hab. in Lima et passim in arenosis conceptionis urbis R. chilens. Vernacule *Liutu* (farina e radice praeparata.) ♃

3. *revoluta*, caul. erecto, fol. lanceolatis, petal. reflexis: interioribus minorib. Flor. Per. 3. p. 59. Hab. in R. chilensis collibus Prov. Rere. Petal. purpurea, interiora a medio ad basin lutea: punct. purpureis variegata. Rad. hujus et 2 sequentium ut in priore.

4. *versicolor*, caul. erecto, fol. lanceolato-linearibus, umbel. 2-3-flora, petal. internis angustioribus: infimo breviore, latiore. Fl. Peruv. l. c. Cum priore, in collib. aridis altis. Pet. lutea macul. purpureis. ♃

5. *haemantha*, caul. erecto, fol. lineari-lanceolatis ciliatis. umb. subsexradiata, pedunc. bifloris, petal. exteriorib. serratis. Flor. Per. p. 60. Cresc. in collib. ruderatis. Petal. sanguinei coloris, 2-interiora longiora, lin. luteis variegata. Var. petal. albido-purpureis et luteo variegatis. L. c.

6. *Lineatiflora*, caul. erecto, fol. lanceolatis, umb. 4-7-radiata, pedunc. bifloris basi folio minori suffultis, petal. serratis lineatis. Flor. Per. p. 60. Hab. in Peruv. collibus. Rad. tuberoso-pendula. Petal. purpurea, 2-interiora col. luteo et purpureo variegato.

7. *distichifolia*, caul. adscendente, fol. distichis oblongo-lanceolatis, umb. 3-8-flora, petal. aequalibus: interiorib. planis.

